









SAM. S.R.I. COM. TELEKI. SZEK. S.C.R. M. CAMER. CONSIL. STAT. A. INT. CANCELLAR. AUL. TRANSILV. CONS. SUPR. BIHAR. AET. LVII

INCORRUPTA. FIDE.
SECUNDIS. TEMPORIBUS.
DUBIISQUE. RECTUS.

Sam. Czetter. Hungarus Sc. 1796.

BIBLIOTHECAE SAMUELIS S.R.I. Com. TELEKI de Szék.

Pars Prima.

Auctores Classicos Graecos et Latinos
ex optimis editionibus ordine chronologico
dispositos eorumque Opera et Fragmenta
coniünctim edita;
Patres denique et Scriptores Ecclesiasticos
Veteres complexa.

*Cum brevi vitarum descriptione, et notatione
temporis, quo quisque circiter vixerit.
adiectis passim Eruditorum iudiciis.*



S. Falka del. scrip. et sc.



VIENNAE.
Excud. Fr. Markid. Pulio.
Typis per SAM. FALKA *Bikfalvensem Transilvanum sculptis.*
in Typographeo Baumeister:
M D C C X C V I.



PRAEFATIO.

Ut hominum iudicia, confusis rerum notionibus, non eadem omnium de rebus iisdem vel sua natura praestantissimis et utilissimis esse consueverunt, ita de libris et, quae ex horum copia existunt, bibliothecis varie semper ab omni hominum memoria iudicatum est. Nec defuerunt, qui ex huiusmodi sumtuosis numerosorum voluminum et codicum collectionibus non modo nihil fructus et utilitatis in hominum genus redundare existimarent, verum easdem certissimum etiam reipublicae detrimentum afferre nihil dubitarent. Defatigatione enim corpus confici, et quod maius est, enervari animos, virilemque eorum fortitudinem, robur et magnitu-

dinem non modo debilitari et frangi, sed penitus exstingui per assiduam librorum lectionem nonnulli existimant, obtenduntque Lacedaemonios, olim invictae fortitudinis laude totius Graeciae principes, nullam operam libris et liberalibus disciplinis dedisse; [1.]) immo ipsis Romanis ante bella Punica, cum Italiam omnem armis iam subactam ditione tenerent, [2.]) harum rerum studia incognita fere fuisse; Gothos denique bellica virtute nulli genti secundos, cum Graeciam vastantes in bibliothecas incidissent et magnam librorum copiam ad exurendum comportassent, admonitos ab uno e maioribus natu fuisse, ut a proposito desisterent et libros illaesos esse sinerent: hos enim utilissimos ad hoc esse, ut Graecos molles et effeminatos planeque otiosos etiam in posterum efficiant; eiusque rei documento esse, quod ipsi Graecos vicissent, qui libellis perpetuo volutandis ad arma tractanda et resistendum imbelles redditi fuissent. [3.]) Unde

1.) Aelian. V. H. XII. 50.

2.) A. Gell. Lib. XVII. c. 21.

3.) Camerar. Med. Hist. Cent. III. cap. LXVIII.

Erasmus ipse, magnus alioquin librorum et eruditionis aestimator, pronunciare non dubitavit [1]) ad principum et reipublicae munia gerenda parum frequenter idoneos esse, qui libris et disciplinis insenuissent; nam umbris adsuetos nescio quo pacto stupescere, ac veluti glaucomate oculis oborto mentis vertiginem quandam pati quoties in pulverem ac solem, hoc est, ad civilia munia adsciscuntur. Ipsimet vero eruditioni nocere, bibliothecas et redundantem istam librorum supellectilem auctoritate Petrarchae, primi in media barbarie veteris literaturae instauratoris, confirmatum eunt, qui interrogatus aliquando, cur litterarum scientia recentiores a veteribus illis graecis atque romanis longe vincerentur, respondit [2]) causam esse, quod illi libellos paucissimos, sed scienter et erudite confectos, diligenter edidicissent; hos autem innumerabiles libros, eosdemque magnam partem Lucina minus favente natos, summis quasi labris

---

1.) Epist. Lib. XXVII. ep. 7.

2.) De remedio utr. fort. L. I. cap. 43. 44.

degustare, nullum autem ex illis praecipue sibi reddere familiarem intimeque notum. Priscos itaque illos similes esse hominis esurientis, qui ex unico cibo salubri et bene condito largiter sumto famem depellat et corporis sanitati recte consulat; hos autem recentiores iure meritoque comparari fastidiosis et delicatis istis, qui in convivio plurimis ferculis instructo innumera cibaria delibent, neque tamen saturi discedant: nam quae ingeruntur ubi varia sunt et diversa coinquinant, non alunt, ut inquit Seneca. 1.) Unde Corn. Agrippa declamatione invectiva, de incertitudine et vanitate scientiarum, eruditionis et ostentationis plena abusum literarum et doctorum vitia satyrico sale defricuit.

Haec et alia horum fere similia in medium afferunt, qui traductis, ut fieri solet, ad ipsas artes et disciplinas hominum vitiis reprehendere

1.) Epist. II. de lectione et paupertate. Ita vero cum natura mentis humanae comparatum est, teste Quinctil. Inst. Or. L. I. C. II. quemadmodum cum amphora angusti orificii, quae fluidum, si parce infundatur, recipit; si iusto copiosius, expuit.

et vituperare in animum inducunt laudandos eorum conatus, qui magnum studium magnamque industriam ad comparandam eruditionem et instruendas bibliothecas contulerunt. Alii scilicet ingenio suo abundantes vel luxuriantes, exemplo Roussavii, [1.]) in re seria ludunt; alii denique genio suo indulgentes rident ea, quae non didicerunt, et difficultate rerumque discendarum copia deterriti dedignantur, quae assequi non possunt. [2.]) Quorum tamen rationes mihi quidem nihilo plus valere videntur, quam si quis aut ignem aut vinum et aquam vituperare vellet, ex quorum scilicet abusu maxima saepe damna et pericula in genus humanum exstitisse diffitendum non est. Neque enim illa vitia librorum et bibliothecarum propria sunt, sed ingenii humani morumque depravatorum communia, quae in his etiam, qui nunquam literas

1.) Discours sur la question: si le retablissement des sciences et des arts a contribué à épurer les moeurs.

2.) Novum exemplum pravi de literis iudicii atque audaciae publice calumniandi praebuit nuper auctor Gallo-

attigerunt, ab omni hominum memoria deprehenduntur. 1.) Vita vero hominis prope uti ferrum est: si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit. 2.) Quam multos autem Imperatores Ducesque fortissimos, eosdemque literarum studiis deditissimos enumerare possemus, qui splendide nati opibusque affluentes amarunt studia, ut solent pauperes! Num Socratem, num Epaminondam, Xenophontem et Periclem; num in Principibus Romanorum Iulios, Octavianos, Antoninos Augustos; num Scipiones, Lucullos, Fabios, Marcellos, Lae-

---

Francus libelli: Penseès et observations morales et politiques, etc. pag. 183. ubi palam adfirmare non erubuit: Lumen rationis gradu suo deturbare animam, enervare fortitudinem, laxare conscientias, depravare mores, hominesque sibi solis sapientes a re publica abducere: verbo, cunctos populos degenerare, prout quisque radiis huius luminis collustratus et excultus fuerit; artem denique typographicam et librorum copiam fontem et sentinam esse omnium malorum.

1.) Ostendit hoc pererudite et luculenter Cl. C. Meinersius in libro: Historische Vergleichung der Sitten uud Verfassungen etc. in Rücksicht auf die Vortheile und Nachtheile der Aufklärung.

2.) M. P. Cato fragm. c. Sallust. Havercamp. et Gell. Lib. XI. cap. 2.

lios, Furios; num Cicerones lectio librorum ineptos ad gerendas res maximas effecit? num eorum animos emollivit? Hi certe sapientissimi, moderatissimi et fortissimi viri, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem literis se adiuvari intellexissent, nunquam se ad earum studium contulissent. Unde Plato, gravis rerum pronunciator, tum demum beatas fore respublicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regerent, aut ii, qui illis moderarentur, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent; atque hanc potestatis et sapientiae coniunctionem saluti censuit civitatibus esse posse.[1.)] Nec minus vere quam prudenter Demetrius Phalereus Ptolemaeo Regi suasit, ut libros de regno et principatu pararet et legeret; de quibus enim

1.) De Republica Lib. V. Idem confirmat Ph. Melanchton, vir splendidi ingenii et subacti iudicii, praefatione in P. Terentium, qui beatas fore Respublicas dixit, si literis exculta iuventus ad maiores res gerendas accesserit, subiungitque publicae temporum suorum calamitatis velut causam: quod cum nullae literae, nulla scientia neque religionis neque virtutis sit in his, qui tenent respublicas, eorum inscitia omnia sacra et profana, divina atque humana misceantur.

amici Reges admonere non audent ea in libris, exstare. (Plutarch. in Apopht.) Caesarem vero Octav. Augustum imperii assertorem artisque regnandi peritissimum eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima et cupide et laboriosissime exercuisse; in evolvendis denique utriusque linguae auctoribus nihil aeque sectatum esse, quam praecepta et exempla publice vel privatim salubria, scribit Suetonius lib. II. Alphonsus quoque Arragoniae et Neapolitanorum Rex clarissimus idem et fortissimus optimos consultores dicebat esse mortuos, libros scilicet ad nutum adsentari et blandiri nescios, confectisque atrocissimis bellis omnem suam felicitatem libris et bonis literis adscribere atque ex iis usum et iura armorum se didicisse fateri non erubuit, [1.]) dicere solitus se illum diem perdidisse, quo non aliquid legisset. Ipsi denique summi Pontifices Romani [2.]) Eugenius IV. Nicolaus V. qui primus Vaticanam constituit Bibliothecam, tum Pius

1.) Camerar. Med. Hist. Cent. III. cap. LXVII.

2.) Platina et Onuphr. Panvin de Vitis Pontif.

II. antea Aeneas Sylvius Piccolomineus dictus, Leo X. Hadrianus VI. et nostra demum memoria Benedictus XIV. singulari studio foverunt literas et earum cultores; viamque bonarum artium in Europa incrementis post captam a Turcis Constantinopolim munivit Etruria et quae caput eius urbs Florentina [1.]) ubi Laurentii Medicei in conquirendis superstitibus ex diluvio barbarico antiquis auctorum utriusque linguae codicibus industria omnes omnium conatus superavit. Ex Cardinalibus S. R. E. Bessarionem, Sadoletum, Bembum, Baronium, sapientiae et doctrinae laude eminentissimos; ex praecipuis vero Angliae, Belgii, Galliae et Germaniae ornamentis Fr. Baconem Verulamium, H. Grotium, A. Thuanum et Ezechielem Spanhemium, viros ingenii lumine ad seculi et nationis suae gloriam natos maximisque honoribus illustres et summa eruditione conspicuos, commemorare sufficiat; qui licet in administranda Republica vitam contrivissent suam, ita tamen omni doctrinae genere ex-

1.) Politian. Libr. IV. Epist. 2.

celluerunt, ut nulli rei praeterquam libris volvendis omne tempus aetatis insumsisse viderentur. Neque vero contendimus, nisi literis eruditum civem, patriae utilem esse neminem posse, sed hoc duntaxat dicimus: nisi litteris exculti sint ii, qui velut in reipublicae puppi sedentes clavum tenent, multis eos muneris sui iisque praecipuis partibus necessario defuturos.[1.]) Multos certe homines excellenti animo ac virtute fuisse et sine doctrina naturae ipsius habitu prope divino per se ipsos et moderatos et graves exstitisse, atque saepius ad laudem et virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam, monet Cicero;[2.]) addit tamen, quod cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud maxime praeclarum ac singulare soleat existere; et si ex studiis litte-

1.) Muret. Orat. de laud. literar. Perfectos autem viros Plutarchus (de lib. educ.) eos censuit, qui facultatem civilem cum philosophia permiscere et contemperare nossent.

2.) Pro Archia Poëta Cap. VII.

rarum sola delectatio peteretur, haec tamen animi remissio, ut honestissima et liberalissima prae caeteris expetenda esset. Nam caeterae, neque temporum sunt, neque aetatum omnium, neque locorum. Haec vero studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solatium praebent; delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur; quae omnia haec, si ipsi neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen magni facere deberemus etiam cum in aliis videremus.

Obtrectatores ergo illos, qui obtentu pietatis litteris bellum indicunt, meminisse velim sapientissimi Angliae Cancellarii effati: [1.]) leves gustus in philosophia movere fortasse ad atheismum, sed pleniores haustus ad religionem reducere. Veritas etenim non refugit lucem, quin immo magis nitet in luce, quam in tenebris, in quibus scilicet omnibus coloribus bene convenit.

1.) Fr. Baco Verulam. de augment. scientiar. Lib. I.

Ut adeo causae suae diffidere mihi semper visi fuerint illi, qui studiis consiliisque suis id allaborassent, ut ingeniis compedes iniicerent et bonas obscurarent literas. Pravis quidem gentilium religionibus et superstitionibus literas fuisse noxias nemo inficias iverit; legimus [1.]) Socratem Philosophorum principem capitis damnatum et Philosophos, Rhetores, Mathematicos Roma ipsisque Athenis eiectos,[2.]) quod praeter consuetudinem et morem maiorum novum genus disciplinae instituerent. Facile etenim pervidere erat studiis illis semel accensis aboleri auguriorum et auspiciorum superstitiones innixamque his religionem et antiquam disciplinam stare non posse. Ecquis vero sibi persuadeat purioris religionis et pietatis interesse, ut luculentissima in nobis aeternae sapientiae imago vel, ut Cardinalis Bembus loqui amat, divinae mentis aura offusis ignorantiae nebulis deleatur, hominesque rationis cultu praediti divinum hoc munus, quo

1.) Diog. Laërt. Lib. II. et V. Xenoph. Mem. Socr. I. 2. 31.

2.) Sueton. de clar. Rhet. c. I. Gell. N. A. XV. 11. Athen. XIII. 9.

brutis animalibus praestant, sibi eripi patiantur? Religionis certe christianae ea est indoles et conditio, ut huic facem accendisse bonas literas et earum cultum propagandae inter gentes luci evangelii confirmandaeque doctrinae christianae maximo semper adminiculo fuisse, nemo est, qui nesciat. Unde infensus Christianis Princeps Iulianus religionem christianam occultis cuniculis eversurus, idque more tyrannorum affectans callide ut ne vim adferre videatur, cum adferret maxime, inter arcana dominationis habuisse fertur, [1.]) ut Christianos a lectione librorum gentilium et ludis literariis prohiberet; sub Domitiano Christianorum persecutore autem non modo philosophi omnes urbe Italiaque submoti sunt, [2.]) sed in libros quoque saevitum est. [3.]) Intelligebant nempe arcem religionis christianae invadentes hanc literarum suffultam praesidiis everti, ac-

1.) Vid. Iac. Gothofredi Orat. de arcanis Iuliáni Imp. artibus ad profligandam Religionem christianam, inter eiusd. Opera minora, pag. 315.

2.) Sueton. 10. et Dio LXVII. 13.

3.) Tacit. Agric. 2.

censumque purioris religionis, sive cultus Dei rationalis, [1.]) in animis hominum lumen extingui non posse, nisi prius abolitis literarum studiis lumen rationis extinguatur. Confirmat hoc Paulus II. P. R. litteris, quibus An. MCCCCLXIV. facultatem studium generale sive Academiam in quacunque civitate Hungariae ad instar studii Bononiensis erigendi impertitur, in verbis: [2.]) „Romanus Pontifex, Coelestis Regni Claviger et „Christi Vicarius, provide considerans, quod per „litterarum studia profugatis ignorantiae tene„bris commoda tam privata quam publica, „spiritualia et temporalia proveniunt universo, „divinus cultus et fides catholica augentur, ani„marum saluti consulitur, insurgentes contro„versiae deciduntur, pax et tranquillitas terris „conservantur, etc. Nos igitur, qui nostris tempo„ribus ubique litterarum studia florere ad ipsius

1.) Epist. ad Rom. cap. XII. 1.

2.) Bullam P. exhibent,
G. Pray Annal. Tom. III. pag. 315.
St. Kaprinai spec. Hist. Diplom. Part. I. p. 71. et
Fr. X. Schier in Memor. Acad. Istropolit. p. 7.

„fidei robur intensis desideriis affectamus, etc. Illi denique, qui iudicii praecipitis festinatione saevientibus cum maxime civilis insaniae procellis litteris vitio dandum esse putant, quod hominum cupiditatibus aliisque vitiis tribuendum est, et novarum rerum motuumque popularium causas a litteris et ingeniorum per eas cultu repetunt, dum vitant vitia in contraria currunt et incauti a vero longa via aberrant. Viri quippe prudentes rerum periti et moderati satis iam docuere a bonarum litterarum cultu ac doctrina nec profecta esse nec proficisci posse mala, quibus aetas nostra laborat, nisi forte quatenus literae aut non satis multum aut, aliis hominum rerumque vitiis non recte excultae fuerunt [1.]) et cum multa litterarum monimentis ad civitates bene constituendas, ordinandas, salutaribusque institutis ornandas et iuvandas tradita sint praecepta et adminicula, quibus tempori et praesenti cuiusvis civitatis fortunae accommodandis vel

1.) Cel. Chr. G. Heynius, latinae in Germania eloquentiae stator, pereleganti prolusione de literarum bonarum studiis, tamquam imperiis infestis perperam proscriptis.

securitati communi vel utilitati consuli possit: literis florentibus et recte cultis mitescere ingenia atque animos ad humanitatem informari, morum asperitatem emolliri,[1.] opes civitatum augeri, rerumque commercia provehi, notior ex omnis aevi historia res est, quam ut pluribus demonstrare operae sit pretium,[2.] magnumque ad firmandam pacis bellique artibus imperii maiestatem et augendam potentiam habere momentum literas nationumque per eas culturam, ut vetera silentio praetereamus exempla, nostra patrumque nostrorum memoria documento est Russia cum immortali nominis Petri I. et Catharinae II. gloria. Mirari proinde licet, in hominum animos venire potuisse has ipsas literas imperiis et dominationibus esse infestas, quas nuper in populari Francorum licentia plebi blan-

---

1.) Ovid. ex Ponto Lib. II. Ep. IX.
——— ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros.

2.) Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus; labi autem, errare, nescire, decipi, et malum et turpe ducimus. Cicero de Offic. Libr. I. c. VI.

dientes declamatores omniaque infima summis paria facturi, tamquam libertati et aequalitati civium noxias, civitate expellendas esse edixerunt: quibus scilicet olim Augustus, postquam verso reipublicae romanae statu cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperiûm accepit, ad firmandas stabiliendasque suae potentiae vires usus fuit, ut districtos novarum rerum curis civium animos literarum studiis et dulcedine otii pelliceret, efficeretque ut his deliniti tuta et praesentia quam vetera et periculosa mallent.[1.]) Ut adeo natas florentesque cum imperio Romae literas iure dixeris; nec unquam benignior litteris earumque cultoribus in urbe fortuna affulsit, quam sub Augusto summi imperii vindice et statore eodemque ingeniorum fautore maximo; tandem vero sub Nerone omne studiorum genus paullo liberius et erectius periculosum servitus fecit.[2.]) Utinam ergo homines in extricandis, quae aetatem nostram premunt, ma-

1.) Tacit. Annal. Lib. I. c. 1.

2.) Plin. Ep. 5. Lib. III.

lorum causis seculique vitiis et corruptis moribus emendandis acutius cernant, [1]) et his ingemiscentes, vigilando, agendo et bene consulendo, animum ad quaerenda opportuna remedia advertant! Expers etenim curarum et doloris malorum praesentium sensus maiora portendit.

Haudquaquam tamen subtile istud et spinosum disserendi genus, quo hominum umbraticorum ingenia delentur, anxiamque scholasticarum disciplinarum adfectationem hoc loco laudamus, sed cum vitae non scholae discendum sit, artes duntaxat ingenuas et libero homine dignas, quae tamquam optimae ingeniorum nutrices erectae mentis spiritus alunt augentque, intelligi volumus, quale quidem doctrinarum genus in Xenophonte, in Scipionibus, Cicerone Caesaribusque

1) In specie fictae simulationis, sicut reliquae virtutes, ita pietas inesse non potest, cum qua simul et sanctitatem et religionem tolli necesse est: quibus sublatis perturbatio vitae sequitur et magna confusio. Atque haud scio, an pietate adversus Deos sublata, fides etiam et societas generis humani et una excellentissima virtus, iustitia, tollatur. Cicero de Nat. Deor. 1. 2.

Augustis fuisse suspicimus, quodque optime cum rerumpublicarum administratione bellisque adeo gerendis consistere posse, nemo facile inficias iverit. Manet igitur certum ratumque literarum scientiam veramque et liberalem eruditionem tanquam singulare munus Dei hominum generi non solum ornamento, verum etiam maximo fuisse semper emolumento et quemadmodum reipublicae indoles ad hominum mores formandos felicitatemque iuvandam summam vim habet; ita vicissim recte temperato rationis et intellectus cultu homines in officio contineri et civitates ipsas efflorescere. Idcirco nihil mirum est in cultissimis quibusque gentibus et nationibus bibliothecas velut eruditionis instrumenta summo in pretio ab omni aevo habitas fuisse hodieque plurimi fieri. Quemadmodum enim veteres Stoici [1.]) vitam sine studiis nullam esse ducebant otiumque, ut inquit Seneca Ep. 82. sine literis mors est, ita literis vigentibus civitas bene beateque se habet; neglecto contra earum studio similis fit or-

1.) Cicero de orator. Lib. II. c. 5.

bi sole carenti: siquidem omnium artium, quibus civitates praecipue conservantur, pietatis, iustitiae, fortitudinis, inprimisque prudentiae quasi semina literarum prodita sint monimentis. 1.) Et certe, sive spatium praeteriti temporis omnemque vetustatis memoriam respiciamus, sive haec ipsa, quae vivimus, tempora consideremus, fortunam reipublicae cum fortuna rei literariae coniunctam esse et quo quaeque gentes nationesque, optimis legibus, institutis, moribus ad omnem humanitatem excultiores politioresque fuerunt, hoc magis easdem librorum ac bibliothecarum studiosiores exstitisse reperiemus. Nam, ut populos Orientis locis et temporibus nimium disiunctos atque remotos silentio praetermittam, certissimis historiarum monimentis confirmatur antiquitus Graecos et Romanos, rerum dominos, omni elegantiae culturaeque genere cunctas sui aevi nationes antecessisse eosdemque non modo plurima ingenii monimenta scriptis consignata in vulgus edidisse, verum etiam copio-

1.) Mureti oratio II. de Laudib. literar.

sis in omni genere voluminibus refertas adornavisse bibliothecas, quarum in numero hodieque fando celebrantur Pisistratea, Aristotelea, Alexandrina, Attalica sive Pergamena, ut de Apamensi, Cnidia, Smyrnaea, tandemque Constantinopolitana et compluribus aliis nihil addam, quae quidem ex codicibus maximam partem graeca lingua scriptis constabant. Iam vero, quod ad Romanos, principem terrarum populum adtinet, cui non sunt lecta, vel saltem audita egregia in libros studia fortissimorum et clarissimorum apud Romanos civium, Aemilii Pauli, Lucii Luculli ipsiusque adeo Sullae, qui ex devictarum ab se gentium spoliis librariis privatas Romae condidisse bibliothecas omnium primi commemorantur, quas deinde secutae fuerunt in usus publicos constitutae et utraque lingua loquentibus ingeniorum monimentis completae, cuius generis erant Asinii Pollionis in atrio libertatis, itemque Bibliotheca Palatina, Octaviana, Ulpia, Capitolina, Gordiana, praeter villicas in coloniis et municipiis publici iuris factas. Sed et nostris temporibus gentium flo-

rentissimarum cultum et humanitatem his Musarum sacrariis censeri testis est experientia. Apud Hungarorum gentem armis innutritam et Marti potius quam Musis deditam, seculo XV. regnante et Musis favente Matthia Corvino animi nobiles ad excolendas literas fervere atque ad studia optimarum artium excitari coeperunt, [a]) nec ullae memorantur bibliothecae publicae ante nobilem illam Budensem a Rege Matthia Corvino conditore instructam et magnificentissime adornatam, quae immani tandem Turcarum furore post funestam et Regi et Regno et literis ad Mohacsium cladem A. 1526. direpta est, cuius reliquias tanquam a naufragio tabulas ereptas hodie Palatina Bibliotheca Vindobonensis et Wolffenbüt-

---

a) Sunt, qui praeter scholas inferiores arctis Monasteriorum et Abbatiarum cancellis inclusas, iam a Ludovico M. Quinque-Ecclesiis An. MCCCLXVII. et Budae a Sigismundo Rege An. MCCCLXXXVIII. studia, ut vocant, generalia sive Academias institutas velint. Paul. Wallaszky in conspectu Reipubl. literar. Hungar. et I. Koller in Hist. Episc. Quinque-eccles. Tom. III. sed hae temporum calamitate interciderunt prius, quam florere potuissent.

teliana servant.[1.]) Tristem vero ante cladem hanc Mohacsianam in Hungaria Reipublicae faciem Aulaeque consilii inopis inertiam vividis depinxit coloribus Sig. L. B. Herbersteinius Ferdinandi I. Imp. ad Lud. II. R. H. legatus in Commentar. rer. Moscovitic. pag. 108. ubi inter caetera scribit: „Primores regni ac praecipue Praelati „luxu pene incredibili diffluebant et certabant „quasi aemulatione quadam tum inter se tum „cum Baronibus, ut alii alios profusione et „splendore vincerent; cum contra quasi solitu„do quaedam esset circa Regem et fines regni „interea destituti necessariis praesidiis impune „ab hostibus vastarentur. Episcopatus, dignita-

1.) Nic. Olahi Hungaria. 8vo. Vindob. 1763. et Lambeccii Commentar. Biblioth. Vindob., Lib. II. c. IX.
Casp. Heltai Hist. Mathiae Regis. fol. Claudiop. 1565.
Collectio Maderi de Bibliothecis 4to. Helmst. 1702.
N. Naldius de Bibliotheca Budensi, in Belii Notit. Hung.
Iaenichius de merit. Mathiae Reg. in rem literar. in Meletemat. Thorunensib.
Pauli Fabri de Bibl. Budensi Commentatio 4. Lips. 1756.
Schier de Bibl. Budensi. Diss. 4to. Vindob. 1766.
Vallaszky Tentamen. Hist. Lit. sub Math. Corv. in Hung. 4to. Lipsiae. 1769

„tes et praecipua quaeque officia promiscue non „pro meritorum ratione conferebantur et quo „plus potentiae quisque obtinebat, hoc plus iu- „ris habere credebatur etc. Subiungitque non „inepte quendam ex aulicis tum dixisse, se nun- „quam vidisse vel audivisse regnum ullum „quod maiore atque Hungaria gaudio et tripudio „periret.„ Neque id profecto mirum cuiquam videri potest, qui modo ad animum revocarit, incredibiles illas vicissitudines et bellorum calamitates, quibus Hungaria adflicta fuit. Nihilo tamen minus nunquam in Hungaria ingenia temporibus, sed tempora duntaxat ingeniis defuerunt: laetioribus quippe, rerum potiente Matthia prudentissimo et fortissimo principe incidentibus temporibus auspiciis litteratissimi Regis, integro ante seculo quam renatae in reliqua Europa essent literae, eas in Hungaria cultas fuisse legimus. „Fuit vero Matthias Corvinus (ut verbis eruditissimi Fr. A. Kollarii [1]) omnia breviter complectar) quemadmodum rerum gestarum

1) De potestate legislatoria Regum Hung. circa Sacra.p. 104.

„gloria clarissimus, ita iurium coronae suae pe-
„ritissimus debetque immortalem istam laudem
„suam eximiae primum prudentiae et fortitudi-
„ni suae, quarum auxilio inanem religionem
„exegit animo, tum splendidissimae bibliothecae,
„quam quaesitis toto pene orbe libris in Regia
„sua Budensi amplissimam statuit; denique vi-
„ris doctrinae et virtutis laude celeberrimis,
„quorum contubernio mirifice semper delectatum
„fuisse annales libri nostri testantur.„ Felices populos, felicissima regna, quorum Reges his praesidiis communiti clavum imperii tenent! In Transilvania barbaris maximam partem literarumque rudibus circumsepta gentibus et per centum quinquaginta circiter annos sub principibus indigenis fere omnibus in Turcorum clientela constitutis, immani Tartarorum aliorumque barbarorum populatione saepius deformata sero admodum, neç nisi longo demum post reformationem Sacrorum intervallo, cura qualiscunque literarum et cogitatio condendarum bibliothecarum suscepta fuit. Dubiis enim illis temporibus non modo opportunitas ad libros comparandos,

sed plerisque etiam voluntas, propensio animi aliis, caeterae rationes multis, facultates fere omnibus, et haec universa singulis defuerunt. Accedebat regionis situs a populorum cultiorum commercio nimium quantum segregatus atque remotus, nec non scholarum et gymnasiorum frequentiorum penuria et officinarum typographicarum raritas, itemque bibliopolarum et tabernarum librariarum defectus aliaque sexcenta huius generis impedimenta. Neque tamen haec tanta incommoda absterrere Principem Gabrielem Bethlenium Iktarensem potuerunt, quo minus rem literariam in Transilvania florentiorem redderet, non modo evocandis magna mercede e Germania viris omni doctrinarum genere excultis, Alstedio, Piscatore, Bisterfeldio, Opitio aliisque, verum etiam nova artis typographicae officina et bibliotheca Albae Gyulae in sede sua principali condenda, quam ille ad imitationem Regis Matthiae instituerat congestis in eam rarioribus non solum ex universa Europa libris typo excusis, sed etiam ex vicino Oriente codicibus manu descriptis, quae prima fuit publica

apud Transilvanos Bibliotheca. Quo quidem thesauro non diu Transilvanis frui licuit communi bibliothecarum fato mox paucis post annis interituro. Cum enim Turci ac Tatari A. MDCLXI. duce Ali-Passa omnia ferro flammaque his in locis foede popularentur et ubique caede, rapinis et incendiis miserandum in modum grassarentur, etiam templo Albano elegantis structurae et bibliothecae praetiosissimae ignem subiecerunt eamque in cineres redegerunt. [1]) Quae hodie in Gymnasiis publicis usibus studiosae iuventutis destinatae reperiuntur bibliothecae, hoc ipso, quod vivimus, seculo colligi coeptae potissimum ex eiusmodi libris compositae sunt, quos studiosi iuvenes liberalium artium condiscendarum causa in exteris oris peregrinantes et celebriores inprimis Germaniae, Angliae, Hollandiae et Helvetiae Academias tanquam mercaturam bonarum artium adeuntes undique conquisitos secum una in patriam deferebant, quae unica ratio modusque multiplicandorum in Tran-

1) Io. Bethlen rer. Trans. lib. III.

silvania librorum iam inde a renatis in Europa literis suppetebat. At quanta impedimentorum clades importuna laudabiles illorum conatus antea pressit et morata est!

His autem, quae nunc vivimus temporibus ad laetiorem apud nos rei literariae fortunam copiamque et abundantiam librorum non minimum conferebat longum illud otium, et diuturna tranquillitas, qua sub Magnae illius Matris Mariae Theresiae principatu, post tantas superioris aevi bellorum calamitates et tempestates, tandem aliquando perfrui nobis licebat. Qua quidem felicitate ego quoque usus, anno aet. XIX. huius seculi LIX. Divae Principis venia prius impetrata, ad comparandas Musarum opes in Helvetiorum, Belgarum et Gallorum Academias celebriores doctissimisque hominibus et liberalibus studiis florentiores me conferebam. Hic igitur omnium humanitatis studiorum bonarumque amor literarum excitabat atque adeo inflammabat in animo meo mirabilem quendam ardorem praestantissimorum quorumque librorum,

non tantum magna sollicitudine sumtibusque haudquaquam exiguis coëmendorum, verum etiam domum et in patriam magno intervallo disiunctam deportandorum. Quo ex tempore usque adhuc in Republica versatus et primum quidem sub Diva Maria Theresia in numerum Cubiculariorum Regiorum adlectus, munereque Supremi Comitis Comitatus Küküllöiensis et Consiliarii in Curia Transilvaniensi Actualis defunctus; tandem vero ab Augusto Iosepho II. immortalis memoriae, Consiliarius Status Actualis Intimus renunciatus et ex Transilvania ad obeundum in Comitatu Bihariensi Supremi Comitis, in Comitatibus vero Szabolcsensi, Aradiensi, Békesiensi, Csanadiensi, Csongradiensi et Districtu Oppidorum Haidonicalium Administratoris munus cum delegata Regii Commissarii potestate in Hungariam excitus; inde denique exacto biennio, ad gradum Pro-Cancellarii Hungarico-Aulici evectus et mox honore etiam Comitis Supremi Comitatus Marmarosiensis condecoratus; postremo autem imperii habenas moderante Sapientissimo Principe Leopoldo II.

Restauratore, Cancellariae Aulicae Transilvanicae Praeses creatus et dignitate Cancellarii Aulici auctus iterumque Praefectura Comitatus Bihariensis donatus, inter severiores etiam omnium horum publicorum munerum curas nullum ego locum, nullam temere occasionem dimittebam, augendae quotannis et ex omnibus Europae angulis locupletandae huius meae supellectilis librariae: neque meae me vitae vicissitudines et ingens regionum intervallum, aliaeque maximae difficultates prohibere poterant, quo minus supra meas fere vires, fortunas et facultates sumtus impenderem omnemque operam et industriam in amplificanda et ornanda hac mea Bibliotheca figerem atque locarem. Hos vero sumtus faciendos, hanc curam et sollicitudinem impendendam, mihi hac mente propositoque putavi, ut patriae librorum penuria laborantis inservirem commodis; deinde ut me quoque ipsum utilem Reipublicae atque idoneum praestarem et quoties animum a severioribus curis ad amoeniores Musas revocare liceret, legendis sapientissimorum hominum omnis aevi politissimis ingenii

monimentis me oblectarem. Ex opibus scilicet quantumvis exiguis, quibus alii, quos blandiori fortuna respexit vultu, rem suam familiarem augere vel certe ad luxum et fastum abuti consueverunt, hanc ego librorum in omni doctrinarum genere praestantissimorum copiam cum delectu mihi comparavi ad haeredes meos Fidei Commissi lege transmittendam, integre conservandam et praeter haeredes meos aliis etiam bonarum in patriá literarum cultoribus sub certis conditionibus usui olim futuram. Hoc si insanire est, saltem cum ratione insanire mihi videor. Verum enimvero vitae summa brevis spem me vetat inchoare longam et cum faciendi libros multos, ut inquit Regum sapientissimus,[1.]) nullus sit finis lectioque multorum corpus defatiget, prudens illud Senecae monitum [2.]) ad animum revocans: cum legere non possis, quantum habeas, sat est habere, quantum legas, circumspectis rebus omnibus rationibusque sub-

1.) Ecclesiast. C. XII. V. 14.

2.) Epist. II. de lectione et paupertate.

ductis sumtuosae tandem illi librorum collectioni, quae laboris et difficultatis apud nos plurimum, utilitatis et existimationis parum, habet, modum statuendum et bibliothecae meae qualiscunque catalogum iusto ordine conficiendum duxi, ut otii non minus, quam negotii constaret ratio; in quo quidem adornando hanc legem mihi dixi, ut Parte I. Auctores Classici Veteres graeci et latini [1.]) velut omnis eruditionis fontes ex optimis elegantissimisque, quas nancisci potui, editionibus per aetates censerentur, praemissa in gratiam popularium meorum ab aliis

1.) Iam inde a renatis in Europa literis haud levi animorum contentione inter eruditos disceptatum est, utrum veterum auctorum scripta recentiorum libris praestent. Quam quidem litem nostram facere nolumus, adfirmare nihilominus non dubitamus: illis non instrui et his obrui. Magnus certe Hugo Grotius, cum illustri Francorum Maecenate Peirescio Parisiis in horto quodam deambulans sciscitanti Nicolao Heinsio quanam ratione et via ad eam, qua ipsi florerent, eruditionis gloriam pervenire posset, respondisse fertur: lege veteres, sperne recentiores, et eris noster. G. Stoll. Introd. in Hist. Liter. proleg. §. XXII. Aequum tamen minime est, veterum veneratione laudi et meritis recentiorum quidquam detrahi; quin immo suspicimus inter hos viros ingenio et iudicio veteribus comparandos,

praesidiis literariis destitutorum [1.]) ubi adminicula suppetebant, brevi vitarum descriptione, cum notatione temporis, quo quisque circiter vixerit, additisque doctorum de illis hominum iudiciis, ex Io. Alb. Fabricii Bibliotheca gr. et lat. Guil. Cavei Historia Literar. Scriptor. Ecclesiasticorum, Chr. Saxii Onomastico literario et Th. Chr. Harlesii Introductione in Histor. linguae gr. et lat. aliisque probatioribus Scriptoribus ad maiorem lectorum harum rerum cupidorum fructum ex hoc Catalogo decerpendum. His vero Collectiones et Fragmenta veterum Poëtarum, Oratorum, Rhetorum, Epistolographorum, Grammaticorum, Iurisconsultorum, Canonum ecclesiasticorum, Rei rusticae et agrariae Scriptorum, Philosophorum, Mathematicorum,

---

credimusque plures ad verae eruditionis gloriam pervenire potuisse, nisi se iam pervenisse putassent.

1.) Ne forte idem illis accidat, quod Petrarcha Ep. IX. L. IV. Thomae Messanensi, Professori Bononiensi tunc clarissimo, exprobrat, utpote, qui Valerium inter veteres principe loco, Platonem et Ciceronem in numero Poëtarum, Ennium denique et Statium III. seculis iuniorem pro aequalibus habuerit; magna scilicet eruditionis pars est, nosse bonos libros illorumque auctores.

Astronomorum, Rei militaris et musicae Scriptorum, Medicorum, Physiognomorum, Chirurgorum, Mythologorum, Ethicorum, Geographorum et Historicorum graecorum et latinorum coniunctim editorum subiungerentur agmenque clauderent S. Patres et Scriptores Ecclesiastici Veteres graeci et latini cum succincta illorum Biographia et Apparatu litterario. Parte deinde II. Libri Theologici diversarum Sectarum et Scriptores Historiae Ecclesiasticae recentiores; III. Fontes et Interpretes Iuris Canonici, Ecclesiastici, Civilis, Naturalis, Gentium et Publici Universalis atque Particularis, Imperii Romano Germanici etc. cum Tractatibus politicis, statisticis et oeconomicis; IV. Antiquarii, Critici, Grammatici, Poëtae, Oratores, Rhetores et Polygraphi; V. Philosophi, Mathematici, Astronomi, Medici et rerum naturalium Scriptores; VI. Adparatus Historiae literariae et Biographi; VII. Geographi, Itineratores et Historiae universalis atque particularis variarum gentium Scriptores; Parte denique VIII. Collectiones Scriptorum Rerum Hungaricarum et Transilvanica-

rum, qui Historiam civilem, ecclesiasticam, naturalem et literariam, Ius denique patrium publicum et civile tradiderunt vel illustrarunt, pro materiarum et argumentorum varietate in suas classes describerentur. Fuit praeterea mihi in votis omnium auctorum qui modo praestantiores in hac Bibliotheca reperirentur, aetatem, editiones optimas, earumque discrepantiam, raritatem et doctorum de illis hominum iudicia, probatiores denique vitarum scriptores et similia, quae ad notitiam auctorum literariam spectant, per notulas et animadversiones librorum nominibus et titulis subiectas breviter indicare atque etiam opera omnia in maioribus scriptorum variorum collectionibus obvia separatim singula in serie reliquorum secundum ordinem disciplinarum et materiarum describere, ut quidquid in tota Bibliotheca eiusdem argumenti continetur, omne id uno quasi obtutu eodemque loco et ordine collocatum ob oculos ponatur; sed quoniam Catalogi hac ratione confecti editio maiores impensas plusque temporis sibi deposceret, quam mihi in eas res insumere per pri-

vatas rei domesticae rationes et publicas, quibus assidue distineor, occupationes liceret, consilium mutavi et ne Catalogus iste in maiorem excresceret molem, strictim tantummodo et quanta maxima licuit brevitate, e maiori Catalogo librorum duntaxat titulos editionesque huc transcribi iussi. Nemo autem aequus rerum aestimator, ut spero, vitio mihi vertet, quod horas subcisivas, quas alii mimis theatralibus caeterisque voluptatibus tribuunt, in his ego occupationibus litterariis animi relaxandi causa contriverim. Trahit enim sua quemque voluptas mutatusque labor pars est non parva quietis. Meminerint praeterea Lectores, hanc qualemcunque operam non Aristarchis et altioris supercilii Eruditis, sed in gratiam duntaxat iuniorum in Patria nostra Bibliophilorum inter severiores curas abs me navatam fuisse aequumquè esse, ut voluntatis, ubi facultas deest, habeatur ratio. Illud denique Senecae [1.] secum reputent: Nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato distri-

1.) de Brevitate vitae.

ctumque animum nihil altius recipere, sed omnia velut inculcata fastidire. Certe tempora quaedam eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt, ut idem inquit Seneca;[1.]) turpissima vero est iactura, quae per negligentiam venit, magnaque vitae pars otiosis elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Vindobonae An. MDCCXCVI.

1.) Epist. I. de temporis aestimatione et usu.

SYNOPSIS

BIBLIOTHECAE AUCTORUM VET. GR. et LAT.

CLASSIS I.

AUCTORES GRAECI.

	A.C.N.
AUCTORES ante Homerum, quorum fragmenta vel opera vulgo credita extant.	
Sibyllarum Oracula. . . .	2300
Hermes Trismegistus sive Toth.	1459
Orus, Horus vel Horapollo. . .	1459
Sanchoniathon. .	1274
Orpheus.	1255
Musaeus.	1253
Dares et Dictys. .	1193
AUCTORES post Homerum, usque ad tempora Alexandri Magni.	
Homerus. . .	973
Hesiodus. . .	909

	A.C.N.
Tyrtaeus. . .	682
Alcaeus. . . .	602
Sappho. . . .	602
Aesopus. . . .	570
Phalaris. . . .	562
Theognis. . .	545
Phocylides. . .	535
Anacreon. . .	530
Pythagoras. . .	507
Scylax. . . .	506
Ocellus Lucanus.	495
Aeschylus. . .	494
Pindarus. . . .	486
Themistocles. .	478
Herodotus . .	444
Empedocles. .	442
Euripides . .	440
Sophocles. . .	436
Hippocrates. . .	428
Aristophanes. .	422

	A.C.N.
Cebes. . . .	422
Aeschines Socraticus. . .	422
Thucydides. . .	422
Lysias. . . .	410
Antimachus. . .	406
Isocrates. . .	402
Xenophon. . .	399
Ctesias. . . .	399
Timaeus Locrus.	399
Plato.	398
Chion. . . .	370
Demosthenes. .	362
Aeschines Orator.	344
Lycurgus. . .	344
Aristoteles. . .	341

AUCTORES a temporibus Alexandri M. usque ad tempora Augusti.

	A.C.N.
Hecataeus. . .	334
Heraclides Ponticus. . . .	326
Theophrastus Eresius. . .	321
Philemon. . .	320
Menander. . .	320
Palaephatus . .	320
Demetrius Phalereus. . . .	316
Euclides. . . .	306
Megasthenes. .	300
Lycophron. . .	275
Theocritus. . .	275
Callimachus. . .	275
Aratus. . . .	270
Aristaeas sive Aristeas. . . .	270
Antigonus Carystius. . . .	270
Aristarchus. . .	262
Manetho . . .	260
Berosus. . . .	260
Apollonius Pergaeus. . . .	244
Archimedes. . .	212
Apollonius Rhodius. . . ,	194
Philo Byzantius.	151
Bion et Moschus.	145
Polybius. . . .	144
Nicander. . . .	144
Apollodor. Athen.	143
Meleager. . .	96
Andronicus Rhodius. . . .	80
Apollonius Soph.	62
Parthenius Nicaeënsis. . . .	28
Dionysius Halicarnasseus. .	7
Diodorus Siculus.	6

AUCTORES a temporibus Augusti usque ad aetatem Constantini Magni.

	P.C.N.
Dionysius Periegetes . . .	3

AUCTORES
a
Constantino M. Imperatore, usque ad Constantinopolim a Turcis expugnatam.

	P.C.N.
Iamblichus. . .	310
Helladius. . .	310
Aphthonius. . .	315
Theon Aelius.	315
Libanius . . .	354
Aristaenetus. .	354
Harpocration. .	354
Maximus Byzantinus. . . .	357
Iulianus Flavius Claudius. . .	360
Himerius. . . .	360
Themistius. . .	362
Oribasius. . .	362
Diophantus. . ,	362
Sallustius Philos.	363
Nemesius. . .	370
Heliodorus Larissaeus. . . .	380
Ammonius Grammaticus. . .	389
Heliodorus Emesenus. . . .	390
Pappus. . . .	390
Theon Alexandr. Mathem. . .	390
Eunapius. . .	395
Hesychius. . .	399
Longus. . . .	400

	P.C.N.
Xenophon Ephesius. . . .	400
Chariton. . . .	400
Moschion. . .	412
Palladius Galata.	420
Zosimus. . . .	431
Proclus. . . .	450
Stephanus Byzant.	470
Hierocles. . .	485
Marinus. . . .	485
Aeneas Gazaeus.	490
Coluthus. . . .	518
Tryphiodorus. .	518
Quintus vel Cointus Calaber. .	518
Agapetus. . . .	527
Aëtius. . . .	530
Theophilus ICtus.	530
Procopius. . .	533
Zacharias. . .	536
Alexander Trallianus. . . .	544
Stobaeus. . . .	550
Olympiodorus. .	565
Palladius Iatrosophista. . . .	580
Agathias. . . .	593
Theophilus Medicus.	610
Pisides. . . .	630
Paulus Aegineta.	670
Ioannes Antiochenus Malelas. .	800
Achmet s. Acham.	820
Photius. . . .	857

	P.C.N.		P.C.N.
Leo VI. Imp. .	889	Synesius Medicus,	1160
Nonus vel Nonnus Theophanes. .	940	Cinnamus. . . .	1177
Suidas. . . .	975	Demetrius Pepagomenus. . .	1271
Etymologici Magni auctor. .	990	Ioannes Actuarius.	1300
Psellus Minor. .	1071	Thomas Magister s. Theodulus.	1310
Xiphilinus. . .	1071	Theodorus Metochita. . , .	1310
Simeon Sethus. .	1075	Nilus Cabasilas. .	1314
Eustratius. . .	1117	Philes . , . ,	1315
Theodorus Prodromus. . .	1118	Pletho Georgius Gemistus. . .	1440
Eustathius CPolitanus. . . .	1160	Matthaeus Camariota. . . .	1450
Eustathius vel Eumathius. . .	1160		

CLASSIS II.

AUCTORES LATINI.

	A.C.N.		A.C.N.
AETAS AUREA. a Bello Punico II. usque ad Obitum Octaviani Augusti.		P. Terentius Afer.	164
		C. Lucilius. . .	121
		T. Lucretius Carus.	78
		C. Valerius Catullus.	62
Q. Ennius. . .	202	Cornelius Nepos.	62
Cato (Marc. Porcius). . . .	202	M. T. Cicero. .	61
		Terentius Varro.	61
M. Accius Plautus.	189	C. Iulius Caesar.	57

	A.C.N.
C. Sallustius Crispus. . . .	42
Publius Syrus. .	41
P. Virgilius Maro.	39
Caesar Octavianus.	29
Vitruvius Pollio. .	29
Albius Tibullus.	26
Sext. Aurelius Propertius, ...	24
Q. Horatius Flaccus.	15
M. Verrius Flaccus.	15
P. Ovidius Naso.	13
P. Cornelius Severus. , . .	13
Gratius Faliscus.	13
T. Livius. . ,	7
C. Pedo Albinovanus.	7
C. Iulius Hyginus.	6

AETAS ARGENTEA
ab
Augusti excessu ad tempora Antonini Pii.

	P.C.N.
Marcus Manilius.	8
Caesar Germanicus.	8
P. Rutilius Lupus.	16
Velleius Paterculus.	29
M. Annaeus Seneca.	29
Valerius Maximus.	33
A. Cornelius Celsus.	37
T. Phaeder. . .	48
T. Petronius Arbiter.	48
Pomponius Mela.	48
L. Iunius Moderatus Columella.	50
Scribonius Largus Designatianus.	50
Q. Asconius Pedianus. . . .	54
L. Annaeus Seneca.	62
A. Persius Flaccus.	62
M. Annaeus Lucanus. . . .	62
Aemilius Macer.	64
C. Silius Italicus.	68
Quintus Curtius Rufus. . . .	69
C. Valerius Flaccus.	70
C. Plinius Secundus Maior. ,	78
M. Fabius Quinctilianus. . . .	92
P. Papinius Statius.	95
Decimus Iunius Iuvenalis. . .	95
M. Valerius Martialis. . . .	95
Terentianus Maurus.	95
Cornelius Tacitus.	97
S. Iulius Frontinus.	97
C. Plinius Secundus Caecilius.	100
C. Suetonius Tranquillus. . .	100
Iulius Obsequens.	107
L. Annaeus Florus.	116

	P.C.N.
Iustinus, . . .	150
Aulus Gellius sive Agellius. , .	150
Flavius Avianus.	160

AETAS AEREA
ab
Excessu Antonini Pii, usque ad captam a Barbaris Romam et Valentiniani III. tempora.

Apuleius. , . .	174
Dionysius Cato. .	178
Nonius Marcellus,	190
Q. Serenus Samonicus. . . .	210
C. Iulius Solinus.	218
Coelius Apicius.	230
Censorinus. , .	238
Chalcidius . .	315
Iuvencus (Caius Vettius Aqu). .	330
Sext. Aurel. Victor.	358
Eutropius. . .	364
Sextus Rufus Festus.	370
Ammianus Marcellinus. . . .	379
Decimus Magnus Ausonius. . .	379
Marcellus Medicus Empiricus. .	381
Flavius Vegetius Renatus. . .	384
Q. Aurelius Symmachus. . .	384

	P.C.N.
Latinus Pacatus Drepanius. . .	388
Publius Victor. .	389
Vibius Sequester.	389
Claud. Claudianus.	395
Sextus Iulius Pompeius Festus. .	398
Theodorus Fl. Mallius s. Manlius.	399
Aurelius Prudentius Clemens.	405
Macrobius Ambros. Aur. Theodosius.	410
Rufus Festus Avienus. . . .	410
Caelius Aurelianus.	410
Paulus Orosius. .	417
Cl. Rutilius Numatianus. . . .	417
Coelius Sedulius.	430
Dracontius. . .	440

AETAS FERREA
post
captam a barbaris Romam, inde ab anno p. Chr. n. 450.

C. Sollius Apollinaris Modestus Sidonius.	456
Martianus Mineus Felix Capella.	461
Anicius Manlius Torquatus Severin. Boëthius.	510

	P.C.N.		P.C.N.
Priscianus. . .	528	Venantius Honorius Clem. Fortunatus. . . .	567
Iornandes sive Iordanus. . . .	550	Isidorus Hispal. .	600
Flavius Cresconius Corippus.	565	Paulus Winfrid. .	774

CLASSIS III.

COLLECTIONES AUCTOR.

GR. et LAT.

Poëtae Graeci.

—— Latini.

—— Gnomici Graeci et Latini.

—— Ecclesiastici, Graeci et Latini.

Scriptores Rei accipitr. et Venaticae Gr. et Lat.

Oratores Graeci et Latini.

Rhetores Graeci et Latini.

Epistolographi Graeci et Latini.

Grammatici Graeci et Latini.

Iurisconsulti Graeci et Latini.

Canones Eccles. Graeci et Latini.

Scriptores Rei agrariae et rusticae Gr. et Lat.

Philosophi, Mathemat. Astronomi, Gr. et Lat.

Scriptores Rei militaris Gr. et Lat.

CLASSIS IV.

PATRES et SCRIPTORES ECCLESIASTICI

GR. et LAT.

SYNOPSIS BIBLIOTH. AUCTOR. VET. GR. et LAT.

	P.C.N.
S. Hilarius. . .	350
Lucifer. . . .	354
S. Gregorius Nazianzenus. . .	364
Basilius Magnus.	365
S. Epiphanius. ,	367
S. Hieronymus. .	367
S. Optatus. . .	368
S. Ephraim, . .	370
S. Gregorius Nyssenus. . , .	372
S. Ambrosius. .	374
S. Philastrius. .	380
Amphilochius. .	381
S. Aurelius Augustinus. . . .	384
Hieronymus. . . .	386
S. Ioann. Chrysostomus. . -	398
Rufinus Toranus.	398
SynesiusCyrenens.	399
Sulpicius Severus.	400
Io. Cassianus. .	404
S.Cyrillus Alexandrinus, . . .	412
Marius Mercator.	418
S. Nilus. . . .	420
Theodoretus. .	423
Philostorgius. .	425
Tiro Prosper. .	426
IsidorusPelusiota.	431
Vincentius Lirin.	434
Salvianus Massil.	440
Leo Magnus. .	440
SocratesScholast.	448
Sozomenus Salamanes Hermias.	448
Mamertus Claud. Ecdicius. . .	458
Nonnus. . . .	492
Gennadius. . .	492
S. Fulgentius. .	505
Magnus Aur. Cassiodorus. . .	514
Theodorus Anagnosta. . . .	527
Gregorius Turon. s. Florentius. .	572
Ioan. Scholasticus Climacus. . .	580
Gregorius PP. I. Magnus. . .	590
Evagrius Epiphaniensis. . . .	593
S. Maximus Confessor. . . .	640
S. Andreas Damascenus. . .	680
Beda.	720
S. Ioann. Damascenus. . . .	727
Flaccus Alcvinus s. Albinus. .	769
Rabanus Maurus.	834
Hincmarus. . .	845
Ratramnus. . .	846
Anastasius. . .	867
Oecumenius. . .	1000
Berengarius. . .	1044
Lanfrancus. . .	1050

	P.C.N.		P.C.N.
Theophylactus Bulgarus.	1071	S. Bernardus.	1115
Hildebertus.	1097	Algerus.	1130
		Niceph. Callistus	1320

CLASSIS V.

COLLECTIONES et APPARATUS AD BIBLIOTHECAM SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM VETERUM.



CLASSIS I.

AUCTORES VETERES

ANTE

HOMERUM, QUORUM FRAGMENTA, VEL OPERA VULGO CREDITA EXSTANT.

ANNO A.C.N.

SIBYLLARUM fatiloquarum ORACULA. Quae 2300. hodie circumferuntur, longe serioris aevi, spuria et supposititia sunt, planeque diversa ab illis, quorum Varro, Livius, Tacitus, Suetonius, aliique meminerunt. Haec enim ad refellendos Gentilium errores, corroborandae religionis Christianae studio, post annum AE. Chr. 130. conficta sunt, a quibusdam Ecclesiae Patribus nimis patienter credita.

— cum Notis et Commentariis Opsopaei et varior. Accedunt: Oracula magica Zoroastris, Iovis, Apollinis, etc. Astrampsychii item Oneiro-criticum. gr. et lat. opera et studio Servatii Gallaei. in 4to. Amstel. 1689.

HERMES TRISMEGISTUS sive TOTH. Aegyptiacarum literarum et multarum artium, ut fertur, inventor, ad quem auctorem omnes artes Aegyptii Sacerdotes referebant, eiusque nomini libros suos, quo maior illis existimatio conciliaretur, inscribebant. Hinc tot millia Voluminum antiquitus illi attributa. Ex quibus, quae ad nostram aetatem pervenisse 1459.

A.C.N.

vulgo creduntur, seculo circiter AE. Chr. secundo ab hominibus semi-platonicis, et semichristianis, cuius generis multi tunc et deinceps vixerunt, conficta sunt.

— Pymander. et Aesculap. ad Ammon. Fr. Flussatis Candallae industria, gr. et lat. in 4to. Burdigalae 1574. rar.

— Libelli et Fragmenta cum Asclepii III. libellis et Zoroastris CCCXX Oraculis; ex edit. Fr. Patricii in eiusd. Nova de Universis Philosophia. in fol. Venetiis. 1593. rar.

— Pymander et Asclepius cum Oraculis Zoroastris; ex edit. Franc. Patricii, sub titulo: Magia philosophica. in 12mo. Hamburgi. 1593.

——— cum Commentar. Rosseli, et Vers. Candallae. in fol. Colon. Agripp. 1630. Tom. VI. in uno Volumine. rar.

— Poëmander, aus dem Griechischen übersetzt, mit Anmerk. von D. Tiedemann. in 8vo. Berlin. 1781.

1459. ORUS, HORUS, vel HORAPOLLO, forte Aegyptius, quo vixerit tempore, incertum est. Hieroglyphicarum literarum, quas Hermes Trismegistus invenisse dicitur, interpres, adeoque serioris aevi. Eius Hieroglyphica, quae hodie exstant, ab homine sapientiae aegyptiacae et linguae graecae minus perito, profecta esse videntur.

— Hieroglyphica cum Augustini Niphi de Auguriis Lib. II. in 8vo. Basileae ap. I. Hervagium. 1534.

——— gr. et lat. curante I. Corn. Pauw. in 4to. Traiecti ad Rhen. 1727. ed. opt.

1274. SANCHONIATHON Berytius vel Tyrius, antiquitatis Phoenicum auctor. Opera eius ex

A.C.N.

Phoenicum lingua in graecam transtulit Philo Biblyus; quorum fragmenta duntaxat nobis servavit Eusebius Praeparationis Evangelicae Lib. I. C. 9. 10.

—— Phoenizische Historie nebst einer Fortsetzung von Cumberland, aus dem Englischen übersetzt von Io. Phil. Cassel. in 8vo. Magdeburg. 1755.

ORPHEUS Thrax, Lini, ut fertur, discipulus 1255.
et Argonautarum socius, Philosophus, Aftrologus, Poëta, Musicus. De quo fabula: quod Cives suos dulcedine lyrae e feris homines reddiderit et societate vivere docuerit. Operum, quae sub eius nomine circumferuntur, fragmenta, Onomacritum Atheniensem Xerxis Persarum Regis aetate, pro suo ingenio confinxisse, vero simile est.

—— Argonautica, Hymni, Libellus de Lapidibus et Fragmenta, c. n. et emendat. A. Chr. Eschenbachii, H. Stephani et Ios. Scaligeri. gr. et lat. in 8vo. Traiect. ad Rh. 1689. rar.

—— c. n. v. ex edit. M. Gesneri, curante G. Chr. Hamberger. gr. et lat. in 8vo. Lipsiae. 1764. ed. opt.

MUSAEUS Atheniensis, Lini vel Orphei discipu- 1253.
lus, itidem Philosophus et Poëta. Cuius de Herone et Leandro, quod exstat poëma, auctoris incerti seculi VI foetus est.

—— de Herone et Leandro Carmen; ex recens. Mathiae Röver. gr. et lat. in 8vo. Lugd. Bat. 1737.

———— cum coniecturis ineditis P. Francii, ex recensione Io. Schraderi, qui notas et librum animadversionum adiecit. in 8vo. Leovardiae. 1742. ed. opt.

———— graece, cum vers. italic. G. Pompei. in 4to. max. Parmae typ. Bodonianis. 1793. edit. splend.

A.C.N.
1193. DARES Phrygius, et DICTYS Cretensis, rerum Troianarum Scriptores, quorum quidem graeca scripta interciderunt, et quae hodie sub eorum nominibus latina circumferuntur, suppositita et spuria sunt.

——— cum interpret. An. Daceriae; in usum Delphini. in 4to. Parisiis. 1680.

——— acced. notae var. c. I. Iscano et Dissert. Iac. Perizonii. in 4to. Amst. 1702.

——— ex edit. Perizonii. cum not. var. in 8vo. Amst. 1702.

AUCTORES GRAECI

POST

HOMERUM USQUE AD TEMPORA ALEXANDRI MAGNI.

973. HOMERUS. Carminis epici princeps et antiquissimus post Moysen Scriptorum, quorum scripta genuina ad nos devenerint, de cuius aetate inter eruditos lis est, ab aetate Lycurgi Spartanorum legislatoris, iuxta Saxium, non multum semovendus. Septem Urbes Graeciae inter se contenderunt, ut Homerum sibi Civem vindicarent. Secundum quosdam patre Maeone, matre vero Chrytheide matrimonio haud legitimo iunctis prope flumen Meles natus, indeque cognomen Melesigenes accepisse fertur. Omnibus eloquentiae partibus exemplum et ortum dedit; neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est.

A.N.C.

— Opera, cura Bergleri, gr. et lat. in 12mo. Amst. 1707. Tom. II.

——— cum scholiis et interpret. latina. gr. et lat. ex edit. Iosuae Barnesii. in 4to. Cantabr. 1711. Tom. II. cor. rub. deaur.

——— cum adnotat. Sam. Clarke. gr. et lat. in 4to. Lond. 1729. et 1740. Tom. IV. Vol. II.

——— iuxta edit Sam. Clarke. gr. et lat. in 12mo. Amst. 1743. apud Wetstenium. Tom. II.

——— ex edit. Ernesti. gr. et lat. in 8vo. Lips. 1759. Tom. V.

— Ilias, per Laur. Valla latina facta. in 8vo. Coloniae. ap. Heron. Alopecium. 1522.

——— lat. versibus expressa a Raymundo Cunichio Ragusino. in fol. Romae. 1776.

— Odyssea lat. versibus expressa a Bernardo Zamagna Ragusino. in fol. Senis. 1777.

— Oeuvres, trad. par Mr. Gin. av. fig. in 4to. à Paris chez Didot 1786. Tomi IV.

INCERTI SCRIPTORIS GRAECI Fabulae aliquot Homericae de Ulixis erroribus. gr. & lat. c. not. Io. Columbi. in 8vo. Lugd. Bat. 1745.

HESIODUS. Variorum Carminum et Cosmogoniae auctor, Homero iunior, aut certe ex sententia Varronis apud Gellium aequalis. Cuma in Aeolia ortus fuit, sed ab educatione in Ascra Boeotiae vico, Ascraeus cognominatus est. 909.

— Opera; ex recens. et cum animadvers. I. G. Graevii, notisque ineditis Ios. Scaligeri et Fr. Guieti. gr. et lat. in 8vo. Amst. 1667.

——— ex edit. Clerici. c. n. v. gr. et lat. in 8vo. Amst. 1702. Tom. II. uno Vol.

——— c. n. v. et lectionib. I. Georg. Graevii ed.

A.C.N.

Thom. Robinson. gr. et lat. in 4to. Oxonii. 1737. ed. opt. et rar.

——— ex recens. Robinsoni c. n. v. Graevii lectionib. Hesiodeis D. Heinsii Introduct. in doctrinam operum et dierum, et D. Runkenii animadversionib. curante Chr. Fr. Loesnero. gr. et lat. in 8vo. Lips. 1778.

——— lat. versib. expressa a Bern. Zamagna. gr. et lat. in 4to. mai. Parmae. ex typogr. reg. 1785. Tom. II. in uno Vol. cor. turc. vir.

682. TYRTAEUS Atheniensis, Elegorum Martiorum artifex; in bello secundo Messenio, ab Atheniensibus adversus Messenios, Lacedaemoniis Oraculi iussu belli dux missus, qui cum pede claudus esset, et dux minus aptus Lacedaemoniis videretur, carminibus suis elegiacis, quae exercitui pro concione recitavit, tantum militibus ardorem iniecit, ut fortissime dimicantes, discederent superiores.

—— de virtute bellica Reliquiae c. observ. anglicis, et Dissert. de Tyrtaeo. gr. et lat. in 4to. Glasgow. ap. Foulis. 1759.

——— cum Commentario et II. Dissert. Chr. Adolph. Klotzii. gr. et germ. in 8vo. Altenburgi. 1767.

602. ALCAEUS. Mitylenaeo-Lesbius, Poëta lyricus, tyrannorum insectator, armis etiam clarus, et ab Horatio illius imitatore saepius celebratus. Fragmenta eius reperiuntur in Steph. Ursini, Lectii et Commeliani collectionibus.

—— gr. et lat. ex edit. Maittairii. in 4to. Londini. 1725. c. Anacreonte eiusd. edit. rar.

602. SAPPHO Lesbia, patria Mitylenensis, Sapphici Versuum generis inventrix. De aetate dissen-

A.C.N.

tiunt scriptores; probabile est, fuisse Alcaei aequalem. Patrem habuit Scamandronymum, matrem vero Clidem seu Cloidem. Ingenii amoeni, sed libidinosa femina; quae amore Phaonis cuiusdam Lesbii capta, cum se ab illo delusam et destitutam videret, furibunda de Leucate promontorio in mare se praecipitem dedit. Tanti aestimata est Sappho a veteribus, ut decima Musa diceretur. Carmina illius venustatis plena, amorem et molle ingenium spirant.

— Fragmenta et Elogia, cura Chr. Wolff. gr. et lat. in 4to. Hamb. 1733. ed. opt.

AESOPUS. Cotiea Phryx fuit et servus. Libertatem a Iadmone Philosopho ultimo hero suo nactus, multis itineribus factis, tandem a Rege Croeso Sardes in regiam accitus et Delphos missus est, ubi sacrilegii fraudulenter accusatus, de rupe Phraedriade praecipitatus, indigna morte periit. Celebris apud veteres apologorum sive fabularum scriptor. Quae vero hodie sub eius nomine circumferuntur fabulae, eas Planudes Monachus CPolitanus sec. XIV. ex reliquiis fabularum Aesopo attributarum compilasse, ordinasse et consarcinasse creditur. 570.

— aliorumque Fabulae. gr. et lat. in fol. Venet. ap. Aldum. 1505. rar.

— Fabulae gr. et lat. cum aliis opusculis. fabulosis. in 8vo. Basil. 1538.

——— cum aliis narrationibus fabulosis, et explicatione graecorum locorum, ex interpretatione Ioach. Camerarii. in 8vo. Lipsiae. 1564. rar.

——— gr. et lat. cum Avieni fabulis et Ranarum Muriumque pugna, c. fig. in 8vo. Amstelod. 1660.

A.C.N.

——— gr. et lat. ex edit. Mariani. in 8vo. Oxon. e Theatr. Sheld. 1718.

——— gr. et lat. ex edit. Io. Gottfr. Hauptmann. in 8vo. Lipsiae. 1741.

——— gr. et lat. ex edit. I. M. Heusinger, c. n. Hudsoni et interpret. lat. Ioach. Camerarii. in 8vo. Lipsiae. 1741.

562. PHALARIS Agrigentinorum Tyrannus, de cuius aetate multum certarunt Dodwell, Boylius et Bentleius. Astypalaea in Creta ortus, sed patria pulsus, quod iuvenis res maiores moliri videretur. Venit tandem Agrigentum in Sicilia, quod quidem servitute oppressit, et admodum crudeliter regnavit. CXLVIII Epistolas, quae sub eius nomine exstant, ipsi attribuerunt Seldenus, Dodwellus aliique; abiudicarunt vero A. Politianus, Vossius et inprimis Bentleius in Dissert. de Phalarid. Epist.

—— Epistolae, c. interpret. et not. Io. D. Lennep. cura L. C. Valckenaeri, cum Dissertat. Bentleii de Phalaridis, Themistoclis, Socratis, Euripidis etc. Epistolis. gr. et lat. in 4to. mai. Groningae. 1777. Tom. II. in uno Vol. cor. turc. vir.

545. THEOGNIS Megarensis, Poëta gnomicus, cuius quae exstant Sententiae Elegiacae, ex duobus opusculis aliorumque Gnomologor. libris sine ordine coaluisse videntur.

—— Phocylidis, Pythagorae, Solonis et aliorum Poëmata gnomica. gr. et lat. cura Sylburgi. in 12mo. Traiecti. 1692.

—— Sententiae Eleg. gr. et lat. c. Comment. integr. et not. var. atque lect. var. studio Henr. Gottl. Iust. in 8vo. Erford. 1741. accesserunt:

A.C.N.

PHOCYLIDIS Carmina gr. et lat. c. select. n. var. ex edit. Io. Ad. Schier. in 8vo. Lipsiae 1751. item:

PYTHAGORAE Aurea Carmina, c. integr. animadvers. Sylburgii, Marcilii, Amerbachii et Needhami. gr. et lat. ex edit. Io. A. Schier. in 8vo. Lips. 1750.

PHOCYLIDES. Milesius, Poëta gnomicus et Philosophus; cuius Carmen admonitorium, praeter quod nihil ad nos pervenit, genuinum esse, et Milesium Poëtam Phocylidem auctorem habere, Scaliger, Heinsius, Vossius aliique dubitarunt. 535.

— Carmina, gr. et lat. c. select. n. v. ex edit. Io. Ad. Schier. in 8vo. Lipsiae 1751. cum Theognide. 8vo. Erfordiae. 1741.

——— cum Theognide. in 12mo. Traiecti 1692.

ANACREON Teius, Poëta lyricus, a Polycrate Sami Tyranno honorifice exceptus, tandem ab Hipparcho Pisistrati filio Atheniensium Tyranno invitatus et liberaliter habitus, post huius calamitatem in patriam rediit. Homo mollis et libidinosus. Varia scripsisse dicitur; quae tamen hodie sub illius nomine circumferuntur carmina, num Anacreontem habeant auctorem, vel ab recentioribus poëtis illius veneres imitatis conscripta sint, magna lis fuit inter Criticos. Certe non omnia Anacreontis esse probabile est. 350.

— Carmina, gr. et lat. opera Hadr. Foppens. in 12mo. Antverpiae. 1651.

——— gr. et lat. ex edit. Iosuae Barnesii, cum fig. et not. var. in 8vo. Cantabrig. 1705.

A.C.N.

——— gr. et lat. ex edit. Maittairii cum Alcaeo. in 4to. Londini. 1725. rar.

—— Odae et Fragmenta, gr. et lat. c. n. I. Corn. de Pauw. in 4to. Traiecti. 1732. cum fig. eleg.

——— praefixo Commentario et Bibliotheca Anacreonteia. c. var. lectionib. graecis literis uncialibus in 4to. max. gr. Parmae. 1785. ex typ. regia.

——— graece, litteris minusculis, cum vers. italica E. Pilenei. in 4to. max. Parmae. typ. Bodonianis. 1793.

507. PYTHAGORAS, Samius, Philosophus, et veteris Graeciae Philosophorum fere princeps; praeceptorem habuit Pherecyden. Cum in patria Samo Policratis tyrannidem perferre non posset, ad Thaletem se contulit, unum e Graeciae sapientibus, dein Aegyptum profectus est, ibique mysteriorum arcanis initiatus Astronomiam, Geometriam et Theologiam didicit, multa etiam alia itinera suscepit et ad Indos quoque penetrasse dicitur. Tandem Samum rediit, et inde in Italiam delatus est, ubi Sectae Italicae auctor exstitit, tyrannis semper infensae. Nihil vero, quod Pythagoram habeat auctorem, ad nos pervenit; nam quae vulgo illi attribuuntur Carmina aurea, probabiliter ab eius asseclis, qui post Platonem vixerunt, profecta sunt.

—— Aurea Carmina. gr. et lat. cum Hierocle. in 8vo. Londini. 1673.

——— gr. et lat. c. Theognide. in 12mo. Traiecti. 1692.

——— gr. et lat. c. integr. animadv. Sylburgii, Marcilii, Amerbachii et Needhami. ex edit. I. A. Schier. in 8vo. Lipsiae 1750. cum Theognide.

A.C.N.

SCYLAX Caryandensis, Geographus, forte his temporibus aequalis, et a Dario Hystaspi ad Indum fluvium orasque maritimas lustrandas missus. Fabricius aliique huic tribuunt *Periplum*, quem tamen Dodvellus ad alium Scylacem Polybii aequalem refert. 506.

—— Periplus maris Mediterranei. c. n. Isaaci Vossii, gr. et lat. in 4to. Lugd. Bat. 1700.

OCELLUS LUCANUS, Pythagorae discipulus esse perhibetur. Huic Liber de Universi Natura tribuitur, quod multis argumentis defendit Battesius in sua editione. Assertum vero Ocelli Lucani de aeternitate mundi probatum ivit Marchio Dargensius in commentariis suae editionis, multa ingeniose et acute disputans, ut more suo singularia melioribus anteferret. 495.

—— de natura Universi. gr. et lat. cura Car. Em. Vizzanii. in 4to. Amst. 1661.

—— par Mr. le M. d'Argens, en gr. et fr. en 8vo. Utrecht. 1762.

—— de la Nature de l'Univers. et Timée de Locres de l'ame du Monde en gr. et fr. par l'Abbée Batteux. avec l'Histoire des Causes premieres, in 8vo. à Paris. 1769. Tom. II.

AESCHYLUS Cynaegiri frater, Atheniensis, Poëta tragicus; interfuit pugnis Marathoniae, navali ad Salamina, et Plataeensi. Picturae, machinarum, cothurni, larvarum etc. usum in scena primus induxit, ingeniumque, inprimis in tragoedia melius ordinanda et constituenda, exercuit. Impietatis accusatus, quod mysteria Eleusinia in theatro propalasset, tandemque solum vertere coactus, vel certe se a 494.

A.C.N.

iuvene Sophocle victum esse minus aequo ferens animo, in Siciliam secessit; ubi ictu testudinis, quam aquila praetervolans in calvum illius caput deiecit, interiit. Gravis et sublimis, at saepe usque ad vitium grandiloquus poëta.

— Tragoediae, quae exstant VII. gr. et lat. cum scholiis graecis. version. et comment. Thomae Stanleii. in fol. Londini. 1664. rar. cor. rubr. russ. deaur.

——— gr. et lat. cura Pauw. in 4to. Hagaecomit. 1745. Tom. II.

——— gr. et lat. cum vers. lat. et var. lect. in 4to. Glasguae ap. Rob. Foulis. 1746. Tom. II. edit. nitid.

486. PINDARUS Thebanus, Poëta lyricus, Myrtidis Poëtae discipulus, Simonidem quoque habuit praeceptorem, quem vel in eo imitatus est, quod pro mercede laudes aliorum decantavit. Propter vim et elegantiam carminum suorum apud Graecos, etiam post mortem, in summa fuit existimatione; a Corinna tamen poëtria quinquies victus dicitur.

— Carmina, gr. et lat. cum comment. Eras. Schmidii. in 4to. ap. Zach. Schurerum. 1616.

——— gr. et lat. cum lat. version. Nic. Sudorii. in fol. Oxonii. 1697. e theatr. Sheldoniano. rar.

——— cum lect. var. et lat. interpret. ex edit. Chr. Gottl. Heyne. in 4to. minori. Göttingae. 1773. Tom. II. in uno Vol. ed. opt.

478. THEMISTOCLES, Dux Graecorum, cuius vita ex Cornelio Nepote notissima est. Sub eius nomine circumferuntur XXI. Epistolae historici fere argumenti, teste Suida, generosum et excelsum animum spirantes, quas exul scri-

A.C.N.

psisse dicitur; num vero omnes genuinae sint, dubitant Dodwellus, Bentleius et alii.

— Epistolae. ex edit. et c. not. Schoetgenii in 8vo. Lipsiae. 1710. gr. et lat.

——— ex edit. Io. Chr. Bremeri. in 8vo. Lemgoviae. 1776. graece.

HERODOTUS Halicarnasseus, Historiae parens, e Cariae urbe oriundus. Thurius quoque audit, quod patria a Tyranno Lydamo vexata, Thurios profectus esset, ubi Historiam suam scripsisse videtur Iaksono in Chron. Antiq. Historiam bellorum, quae Lydi et Persae cum Graecis gesserunt, simplici scribendi ratione, fuse enarrat; excurrit tamen subinde, et fata diversarum nationum regionumque descriptiones utiliter intexit, ad omnia vero recte cognoscenda per Aegyptum et Graeciam peregrinatus est. Fides nihilominus illius historica haud paucis fuit suspecta, quod multas fabulas a sacerdotibus acceptas, nimis credulus, vel certe metu, ut fieri solet, turbae superstitiosae, repetiisset. Apologiam pro Herodoto scripsit H. Stephanus. 444.

— Historiarum Lib. IX. gr. et lat. c. interpr. Laur. Vallae, et Ctesiae fragmentis. cura Iac. Gronovii. in fol. Lugd. Bat. 1715.

——— gr. et lat. in 8vo. Glasguae. 1761. Tom. X.

——— gr. et lat. ex edit. Wesselingii, in fol. mai. Amst. 1763. Accedunt praeter vitam Homeri: Excerpta ex Ctesia et aliis priscis Scriptoribus.

EMPEDOCLES. Agrigentinus, Poëta et Philosophus, Pythagorae sectae addictus. Varia scripsisse dicitur, quorum pauca duntaxat frag- 442.

A.C.N.

menta servata sunt; praeter poëma astronomicum, de sphaera, quod primus edidit Morellus.

—— Sphaera. gr. et lat. c. not. B. Hederici in 4to. Dresdae. 1711.

——— gr. et lat. in I. A. Fabricii Bibl. Graeca Tomo Imo.

440. EURIPIDES. Atheniensis, Poëta tragicus, cuius sententias pro oraculis habuit Cicero. Mnesarchi et Clitus Atheniensium filius. Mater illius agrestia olera vendendo victum quaesisse dicitur. Natus est Salamine quo parentes, Xerxe Graeciam vastante, confugerant, et quoniam Athenienses ad insulam Salamina et Euripi ostium navalem reportarunt victoriam, inde nomen Euripidis sortitus est. Primum quidem in arte athletica patrem, tandem in arte orandi Prodicum Chium, et in philosophia Anaxagoram habuit magistros. Socrate quoque familiariter usus est. In Insula Salamine et spelunca horrida tragoedias suas scriptitavit. Mulieres omnes exosus fuisse dicitur. In Macedonia, cum apud Archelaum Regem esset, ab eius coena nocte rediens, canibus ab aemulo immissis, dilaceratus est.

—— Opera, quae exstant. omnia gr. et lat. ex edit. Iosuae Barnes. fol. Cantabr. 1694. rar.

——— gr. et lat. c. v. lect. schol. gr. not. perpet. et interpr. latina Sam. Musgrave. in 4to. max. ch. levigata. Oxonii. e typogr. Clarendon. 1778. Tom. IV. edit. splendidiss.

——— gr. et lat. ex edit. Iosuae Barnesii cum append. observat. et Sam. Musgravii notis integris. in 4to. mai. Lipsiae. 1788. Tom III. cor. turc. vir. ed. opt.

A.C.N.

—— Traegoedia Phoenissae. gr. et lat. ex edit. L. C. Valckenaerii. in 4to. Franeq. 1755.

———— Hippolytus, latino carmine conversa a G. Ratallero. gr. et lat. c. adnot. L. C. Valckenaerii. in 4to Lugd. Bat. 1768. accessit:

DIATRIBE in Euripidis perditorum Dramatum Reliquias. in 4to. Lugd. Bat. 1767.

SOPHOCLES, Atheniensis, Aeschyli discipulus, Poëta tragicus. Vicesimo fere aetatis anno primum publicavit tragoediam, suumque huius artis magistrum Aeschylum in certamine vicit, saepius tandem in hoc certaminis genere victor. Formam theatri picturis ornavit. Nonagenarius edidit tragoediam Antigone inscriptam. Ingenio et audacia Aeschylo par, orationis vero sublimitate et in exprimendis animi affectibus, Euripide superior. 436.

—— Tragoediae VII. gr. et lat. c. n. v. et Thom. Ionsonii. in 8vo. Londini. 1746. Tom. III.

———— gr. et lat. c. interpr. lat. et Scholiis veteribus et novis ex edit. Capperonnieri, et not. Vauvilliers. in 4to. Paris. 1781. Tom. II.

———— gr. et lat. c.n. et schol. gr. edit. R. F. Ph. Brunck. in 4to mai. Argentorat. 1786. Tom. II.

———— gr. et lat. c. select. not. R. F. Ph. Brunk in 8vo. Argentor. 1786. Tom. II.

HIPPOCRATES. Cous, Medicorum princeps, ad Herculem et Aesculapium genus suum retulisse dicitur. A Patre Heraclida salutaris artis scientia imbutus, postea Herodicum medicum Gorgiae rhetoris fratrem habuit doctorem, in philosophia Heraclitum sectatus est, itinera varia medicinae causa per Graeciam, 428.

A.N.C.

aliasque regiones suscepit. Artem suam praecipue in Thracia et Thessalia ita exercuit, ut vivus ab omnibus veluti praesens Deus haberetur et apud Regem Perdiccam aliosque in summa esset admiratione. Larissae demum in Thessalia diem obiit supremum.

— Opera omnia, gr. et lat. c. interpr. lat. et adnot. illustr. ab Anutio Foesio. in fol. Genevae. 1657. edit. opt.

— ex edit. van der Linden. gr. et lat. in 8vo. Lugd. Bat. 1665. Tom. II.

— et GALENI Opera omnia, gr. et lat. ex edit. Renati Charterii. in fol. Lut. Paris. 1679. Tom. XIII. Vol. IX.

— Opera omnia, gr. et lat. studio et opera S. Mackii. in fol. Viennae Austriae. 1743. charta max. c. marginalib. ornament. aeri incisis. Tom. II. cor. turc. coerul.

422. ARISTOPHANES. Comicus, patria incerta, civitate Atheniensis. Leporis et atticae elegantiae optimus artifex; dicax tamen et virulentus, Socratem inprimis contumeliis foede proscidit, et Euripidem saepe exagitavit. Levitatem vero mobilium Atheniensium comoediis suis aluit, et mores, ingenium, antiquitates, Civitatisque formam depinxit.

— Comoediae XI. gr. et lat. c. not. cura et studio Ludolphi Kusteri. in fol. Amstel. 1710. rar.

—— gr. et lat. c. interpr. et not. St. Bergleri. curante Petr. Burmanno Secundo in 4to. mai. Lugd. Bat. 1760.

—— gr. et lat. ex edit. R. F. Ph. Brunck. in 8vo mai. Argentorati. 1783. Tom. VI. Vol. IV.

CE-

A. C. N.

CEBES. Thebanus, Socratis auditor et assecla. 422.
Ex tribus eius, quos scripsit, dialogis tertius duntaxat ad nos pervenit, ubi in tabula a semetipso ficta, enarrat varios hominum mores, opiniones, diversa studia et exitum eorum, qui per angustam virtutis semitam in coelum tendunt, vel in lata voluptatum vitiorumque via, incauti oberrant.

— Tabula, gr. et lat. c. not. et emend. Iac. Gronovii. in 12mo. Amstel. 1689.

——— gr. et lat. ex edit. Hemsterhusii. in 12mo. Amst. 1708. cum Luciano eiusd. edit.

——— gr. et lat. in 8vo. Delphis. 1723. c. Epicteto eiusd. edit.

——— graece, cum versione italica, in 4to. min. Parmae, typis Bodonianis. 1793. edit. splend.

AESCHINES SOCRATICUS. Socratis auditor, 422.
Philosophus, Lysaniae filius. Tres, qui sub eius nomine circumferuntur, dialogi, ob morum praecepta et puram popularemque scribendi rationem commendantur; eos tamen genuinos haud esse, nonnulli suspicati sunt.

——— Dialogi III. gr. et lat. ex ed. I. Clerici. in 8vo. Amst. 1711.

——— gr. et lat. cura Petr. Horrei. in 8vo. Leovardiae. 1718.

——— graece, recensuit animadversionib. illustravit Ioh. Frid. Fischerus. in 8vo. Lipsiae. 1766.

THUCYDIDES. Olori filius, Atheniensis, disci- 422.
pulus Antiphontis, gravis rerum pronunciator, Anaxagorae Philosophi auditor. Post praeturam ad Amphipolin male gestam, patria annos XX. exsulavit, et Scaptesulam Thra-

A.C.N.

ciae civitatem se contulit, unde uxorem duxerat valde locupletem, magnamque opum suarum partem in colligendo, ad componendam de bello Peloponnesiaco historiam, adparatu consumsit: nam ut a Ducibus utriusque partis, et Atheniensibus et Lacedaemoniis, rerum veritatem acciperet, nullis pepercit largitionibus. In patriam demum revocatus, num Athenis, vel in Thracia vita defunctus sit, haud liquet. Historicus fidus, gravis, subtilis, omnes post Herodotum dicendi artificio vicit.

— de bello Peloponnesiaco Libr. VIII. gr. et lat. cum not. Henr. Stephani, Io. Hudsoni, etc. curante Car. And. Duckero. in fol. Amstel. 1731.

———— gr. et lat. in 12mo. Glasguae 1759. Tom. VIII.

———— ex edit. Bipontina. gr. et. lat. in 8vo. 1788—1789. Tom. VI.

———— traduit par Mr. Perrot. in 12mo. Amstel. 1662. Tom. II.

410. LYSIAS. Cephali Syracusani hominis divitis, qui Athenas commigraverat, filius. Turbatis Atheniensium rebus, fuga sibi consulens, Thrasybulum ceterosque patriae libertatis vindices militibus et pecunia iuvit, et tandem tyrannide sublata, post reditum, hostes patriae orationibus persecutus est; ex quibus XXXIV. duntaxat supersunt. Antitheses crebriores, dictionis brevitatem, et argumentorum vincula amat, atque teste Cicerone, a perfecto oratore parum abest.

— Orationes XXXIV. gr. et lat. in 8vo. Marb. 1683.

— gr. et lat. c. not. ex edit. Taylori in 4to. Londini. 1739.

— gr. et lat. c. brev. not. ex edit. Taylori. in 8vo. Cantabr. 1740.

— gr. et lat. ex edit. Augeri. in 4to. mai. Paris. apud Didot. 1782. Tom. II.

— ead. edit. in 8vo. Tom. II.

— Oeuvres, trad. par l'Abbé Auger. in 8vo. à Paris 1783.

ANTIMACHUS. Colophonius, Poëta epicus et 406.
Thebaidos auctor, Panyasi et Stesimbroto praeceptoribus usus. Tandem Athenis aliquamdiu vixit, cum Platone etiam familiaritatem contraxit; maximam tamen aetatis partem in urbe natali Colophone transegit. Cuius pauca duntaxat fragmenta supersunt, et memoria etiam paene cum scriptis intercidit.

— Reliquiae, gr. et lat. c. explic. C. A. Gottl. Schellenbergii. Accessit: Epistola Frid. Wolfii in 8vo. Halae Sax. 1786.

ISOCRATES. Theodori filius, Atheniensis, elo- 402.
quentiae magister, sapientiae non minus, quam facundiae laude olim florentissimus. Praeceptoribus usus est Prodico Ceo, Gorgia Leontino, Syracusano Tisia et Theramene Rhetore. Primum apud Chios, deinde Athenis ludum aperuit eloquentiae docendae caussa, quae illi fructuosa fuit: drachmarum quippe mille mercedem exegit, et numerus discipulorum subinde ad centum usque excrevit. Doctrina, superiores rhetores vicit, et domus eius officina eloquentiae habita est. Aetate provectus a muneribus reipublicae abstinuit, tandem nuncio cladis Atheniensium in proelio apud Chaeronaeam accepto, fame mortem sibi acceleravit. Auctor figurarum

A.C.N.

et numeri oratorii, perfectusque orationis artifex.

— Scripta omnia. gr. et lat. c. adnotat. Hier. Wolffii. in fol. Basil. apud Oporin. 1570.

——— gr. et. lat. ex edit. H. Wolffi. in 8vo. Basil. 1571.

— Orationes et Epistolae, gr. et lat. c. Henr. Steph. Diatrib. VII. in Isocratem. Item: ARISTIDIS et GORGIAE Orationes quaedam, gr. et lat. in fol. ap. Henr. Steph. 1593.

——— gr. et lat. c. nov. versione ac not. Guiliel. Battie. in 8vo. Londini. 1749. Tom. II.

——— gr. et lat. c. vers. nova tripl. indic. variant. lect. et not. cura Ath. Auger. in 4to. Parisiis ap. Didot. 1782. Tom. III.

— ead. edit. in 8vo. Tom. III.

— Orationes duae ad Demonicum et Nicoclem cum scholiis. gr. et lat. in 12mo. Londini. 1684.

— Monita ad privator. et principum institutionem ex edit. Iac. Facciolati; gr. et lat. in 8vo. Patavii. 1737.

— Oeuvres, trad. par l'Abbé Auger. in 8vo. à Paris. 1781. Tom. III.

399. XENOPHON. Grylli filius, Atheniensis, dux belli, Philosophus Socraticus et praeclarae fidei Historicus. Initio belli peloponnesiaci primum stipendia meruit, et funesto Atheniensibus ad Delium commisso proelio interfuit, quem equo delapsum, Socrates in humeros receptum, extremo discrimine eripuit. A Proxeno Boeotio invitatus ad Cyrum Darii filium, contra Artaxerxem fratrem suum et Persarum regem bellum parantem se contulit. Cyro autem in pugna interfecto, dux dele-

A.C.N.

ctus, Graecos suos stipendiarios milites, infinitis periculis et laboribus perfunctus, e media hostium regione incolumes in Graeciam reduxit. Tandem exilio a civibus suis, qui Artaxerxi favebant, multatus est, ubi in secessu suo philosophiae et scribendae historiae vacavit.

— Opera omnia, gr. et lat. curante Io. Leunclavio. in fol. Lutet. Paris. 1625.

——— gr. et lat. una cum Chronologia Xenophontea Dodwelli, et IV. Tab. Geogr. ex edit. Edw. Wells. in 8vo. Oxonii, e Theatro Sheldoniano. 1703. Tom. V. Vol. III. edit. opt. et rariss.

——— gr. et lat. in 8vo. Glasguae. 1762. Tom. XIV.

— Cyropaedia et Instit. Cyri. gr. et lat. ex edit. Hutchingsonii. in 4to. Oxonii. 1727.

— Expeditio Cyri et Agesil. gr. et lat. ex edit. Hutchingsonii. in 4to. Oxonii. 1735.

——— Memorabilia Socratis. gr. et lat. in 4to. Glasguae. 1761.

——— Expeditio Cyri graece. in 8vo. Glasguae apud Foulis 1764. Tom. IV. Vol. II.

CTESIAS. Cnidius, Medicus et Historicus, 399.
Xenophontis aequalis. Expeditioni Cyri funestae interfuit, ab Artaxerxe Mnemone captus et in honore habitus. Varia scripsit, fabulosus, fideque indignus scriptor, cuius fragmenta tantum supersunt.

— Excerpta, gr. ex edit. H. Stephani. in 8vo. Paris. 1557. rar.

——— ex Persicis et Indicis. c. interpr. H. Steph. et not. var. gr. et lat. in fol. cum Herodoto Wesselingii et Gronovii.

A.C.N.

399. TIMAEUS LOCRUS. Philosophus Pythagoreus, quem Plato audiisse et exscripsisse dicitur; naturae universae inquisitor diligentissimus, cuius Librum, de anima mundi, sive de Natura, Proclus servavit.

—— en gr. et fr. avec des dissertations sur les principales Questions par le Marquis d'Argens. en 8vo. à Berlin. 1763.

—— en gr. et fr. cum Ocello Lucano in 8vo. Paris. 1769. ex edit. Battesii.

398. PLATO. Atheniensis, Academiae parens, Aristonis et Perictyones filius. Primum artem athleticam, pictoriam, musicen et poëticam didicit; tandem Socrati se adiunxit, et ab illius ore per octo annos pependit. Socrate defuncto, ut odium Atheniensium effugeret, Megaram se contulit, et ab Euclide dialecticam didicit. Cratylum quoque Heracliti discipulum et Hermogenem audivit, antequam ad disciplinam Socratis se adplicuisset. Ad placita Pythagoreorum intelligenda in Italiam et Siciliam profectus, Tarenti Eurytum et Archytam audivit. Multa e scriptis Timaei Locri pro suis edidisse arguitur. Adiit quoque Aegyptum, et Sechnuphide Heliopolita magistro sapientia Aegyptiorum imbutus est. Nunquam rempublicam gerere voluit, et caelebs ad vitae finem permansit. LXXXI. aet. anno scribens mortuus esse dicitur.

—— Opera omnia, gr. et lat. cum interpret. et not. perpet. Io. Serrani. ex edit. Henr. Steph. in fol. 1578. Tom. III. cor. rubr. deaur. rar.

———— gr. et lat. Marsilio Ficino interprete. in fol. Lugd. Bat. 1590. edit. opt.

A.C.N.

——— gr. et lat. cum Thiedemanni argumentis, ex edit. Bipontina. in 8vo. 1781. Tom. XII.

—— de Republica. gr. et lat. in 8vo. Cantabrig. 1713. Tom. II.

—— Phaedo. gr. et lat. c. Comment. H. Winkler, in 8vo. Lipsiae. 1744.

—— Dialogi V. gr. et lat. recensuit, notisque illustravit N. Forster. in 8vo. Oxonii e typogr. Clarendon. 1765.

—— Dialogi III. cum vita Platonis ex Olympiodoro, et Albini Introductione in Dialogos Platonis, opera et studio Guil. Etwall in 8vo. Oxonii 1771.

—— Republique; trad. par Mr. de la Pillonniere. in 4to. mai. Lond. 1726.

—— Loix, traduites par Mr. Grou. en 8vo. Amsterd. 1769. Tom. II. in uno Vol.

—— Republique, (traduite par Mr. Grou.) in 8vo. à Paris. 1762. Tom. II.

CHION. Heraclea oriundus, natione Ponticus, 370.
Platonis cum Leonida auditor, cui consuetudo Platonis summam animi magnitudinem, conatus vero liberandae patriae, gloriosam mortem adtulit. XVII. Epistolae, quae ipsi tribuuntur, probabiliter ab alio inferioris aetatis auctore profectae sunt; quiscunque vero is fuerit, Chionis nobilissimi iuvenis effigiem proponit, in qua exemplum fortissimi et sapientissimi viri elucescit.

—— Epistolae, graece, cum not. Io. Theo. Coberi. in 8vo. Dresdae. 1765.

DEMOSTHENES, Paeaniensis, Atticus, claris- 362.
simi nominis Orator et demagogus, Callistrato et Isaeo magistris in arte orandi usus est.

A.C.N.

Regibus Macedoniae infensus, cives suos saepius ad bellum contra Macedones gerendum excitavit, in arte civili maior, quam bellica. In proelio quippe ad Chaeronaeam commisso primus clypeum abiecit, et fuga sibi consuluit; ob nimiam pecuniae aviditatem in exilium missus est; multos populares a rege Macedonum curruptos adversarios habuit acerrimos, quos vi eloquentiae suae e patria saepe eiecit. Ut vero ludibrium hostium evitaret, sumto veneno periit. Sublimis et perfectus Orator, Cicerone vehementior & gravior, quem Quinctilianus, principem et legem orandi pronunciavit.

— et ESCHINIS Opera; gr. et lat. ex edit. Hieron. Wolffii. in fol. Francof. 1604.

— gr. et lat. ex edit. Taylori. in 4to. Cantabr. 1757. Tom. II.

— et AESCHINIS Orationes, gr. et lat. ex edit. Taylori. in 8vo. Cantabr. 1769. Tom. II.

—— Opera gr. et lat. c. v. lect. et notis. Augerii. in 4to. Paris. ap. Didot. 1790. Tom. III.

—— Oeuvres, traduit. par l'Abbé Auger. in 8vo. à Paris. 1788. Tom. VI.

— Harangues politiques, par. Mr. Gin. in 8vo. à Paris. 1791. Tom. II.

— Philippiques, traduites par Mr. d'Olivet. in 8vo. à Paris. 1744. cum Catilinar. Cicer.

344. AESCHINES, Atheniensis, discipulus Isocratis, Orator insignis et aemulus Demosthenis, a quo oratione de Corona victus, Rhodum concessit in exilium, deinde Samum transmigravit, ubi LXXV. annos natus obiit. Eloquen-

A.C.N.

tiae laude uni Demostheni cessit, reliquis Oratoribus graecis excelsior et audentior. Non miscendus cum Aeschine Socratico Philosopho.

— Opera, gr. et lat. cum Demosthenis Orationibus in varia forma.

LYCURGUS, Atheniensis, Lycophronis filius, Lycurgi nepos, Platonem in philosophia, et Isocratem in arte orandi habuit magistros. Morum severitate, constantia, integritate, magnam in republica auctoritatem, amplissimaque praemia consequutus, in accusando, iudicando, ferendisque legibus, atrocitati propior, quam lenitati; libertatis strenuus defensor, Philippi atque Alexandri hostis, Demosthenis amicus. Cuius unica duntaxat, contra Leocratem, superest oratio.

— gr. et lat. ex edit. Taylori. in 8vo. Cantabrig. 1743.

— graece, ex edit. Taylori, cum suis aliorumque selectis observat. edidit Hauptmann. in 8vo. Lipsiae. 1753.

ARISTOTELES Stagirites, Peripateticorum prin- 341.
ceps, Historicus, Rhetor et poëtices magister. Natus est Stagirae Thraciae urbe; patrem habuit Nicomachum, qui ab Aesculapii nepote genus suum duxit, et Amyntae Regis, Philippi patris, archiater fuit. Iuvenis Athenas venit, et Platonis disciplinae se tradidit, per XX annos illius consuetudine et institutione ita usus, ut Mens Scholae nominaretur. Platone mortuo, Athenis relictis, in Mysiam se contulit, inde Mitylenas profugit; tandem a Philippo Rege ad formandum, litterisque poliendum Alexandri Magni ingenium

A.C.N.

excitus, summo in honore habitus est. Alexandro vero expeditionem in Asiam moliente, ipse otii litterarii amans, Athenas iterum commigravit, et X. annos in Lycaeo docuit. Tandem rege extincto, novae religionis insimulatus, ut tutius viveret, Chalcidem clam secessit, ubi ex infirmitate stomachi LXIII. annos natus obiit.

— Opera omnia; gr. et lat. cum interpret. et n. v. cura Du Vallii. in fol. Paris. 1654. Tom. IV.

——— gr. et lat. c. adnot. criticis et nova versione Io. Theoph. Buhle. in 8vo. Biponti. 1791. Tom. III.

— Problemata, in 12mo. Antwerpiae. 1583.

— Liber de mirabilibus auscultationibus, gr. et lat. c. adnot. et interpretationib. var. explicatus a Io. Beckmann. in 4to. Goettingae. 1786.

— De virtutibus et vitiis libellus; gr. et lat. c. Nilo. in 12mo. Franeq. 1608.

AUCTORES GRAECI

A

TEMPORIBUS ALEXANDRI MAGNI USQUE AD TEMPORA AUGUSTI.

334. HECATAEUS Abderita, Philosophus & Historicus, Alexandri M. comes. Scripsit de historia et antiquitatibus Hebraeorum, et quae tradidit, ea ex narrationibus Iudaeorum hausit. Fragmenta servavit Iosephus.

— Eclogae, sive Fragmenta historica; gr. et lat. c. not. Ios. Scaligeri et commentar. Petr. Zornii. in 8vo. Altonae. 1730.

A.C.N.

HERACLIDES PONTICUS, Philosophus et Historicus, primum Platonis, dein Speusippi, qui Platoni mortuo in Academia successit, et forte etiam Aristotelis auditor. Cuius fragmentum duntaxat, de Politiis Graecorum, superest. 326.

—— de Politiis et N. DAMASCENUS de Moribus gentium; gr. et lat. in 4to. ap. P. Santandreanum. 1693.

———— gr. et lat. ex edit. Nic. Cragii. in 8vo. Lugd. Bat. ex Officina Io. a Gelder. 1670. cum Cragii Rep. Lacedaem.

—— in Thesaur. Antiq. graecar. I. Gronovii Tom. VI.

THEOPHRASTUS ERESIUS, ex Lesbo insula oriundus. A patre, qui fullo fuit, primum Alcippo Philosopho traditus est; deinde iuvenis admodum Athenas delatus, Platonem et Aristotelem audivit, peripateticae scholae addictus, tanto plausu docuit, ut bis mille discipuli ad eum confluerent. 321.

—— Opera omnia; gr. et lat. ex edit. Dan. Heinsii. in fol. Lugd. Bat. 1613. cor. flav. deaur. edit. opt.

—— de historia Plantarum Libr. X. gr. et lat. cum iconib. rar. plantar. Scaligeri animadvers. et Rob. Constant. adnotat. ex edit. Io. Brodaei. in fol. Amst. 1644.

—— Characteres ethici; gr. et lat. ex edit. Galei. in 8vo. Amstel. 1688. inter Auctor. mythogr. et ethicos Galei.

———— gr. et lat. ex edit. Needhami. in 8vo. Cantabrig. 1712. accedunt: Iac. Duporti praelectiones. edit. opt.

———— graece; cum version. lat. Is. Casauboni, et not. Io. Corn. de Pauw. in 8vo. Traiecti. 1737.

A.C.N.

——— gr. et lat. ex edit. et cum Commentar. I. C. Schwartz. in 4to. Coburg. 1739.

——— graece; ex edit. I. Fr. Fischeri. in 8vo. Coburgi. 1763.

——— gr. et lat. cum reliquiis ab Amadutio editis, in 4to. max. Parmae, typis Bodonianis. 1794. ed. splend.

——— capita II. Anecdota, quae ex codice MS. vaticano seculi XI. graece edidit, latine vertit, praefat. et. adnot. illustr. I. Chr. Amadutius. in 4to. max. Parmae 1786. ex typogr. regia.

——— avec les Characteres de ce Siecle, par Mr. de la Bruyere. in 8vo. à Amst. 1720. Tom. III.

320. PHILEMON, Comoediae Scriptor. Grandior natu fabulas docere coepit, cum Menandro saepius certavit, ambitu, gratia, et factionibus victor. Solis sive Pompeiopoli Ciliciae oppido natus, anno aetatis centesimo in scena nimio risu animam efflavit. Cuius pauca duntaxat exstant fragmenta.

— Reliquiae; gr. et lat. cum Menandro. in 8vo. Amst. 1709.

320. MENANDER. Atheniensis, novae comoediae auctor celeberrimus, discipulus Theophrasti, qui, iudice Quinctiliano, omnem vitae imaginem expressit. Vi comica inprimis excelluit, et a Terentio dignus est habitus, quem praecipue imitaretur. Ex CIX. illius comoediis, pauca duntaxat supersunt fragmenta.

— et PHILEMONIS Reliquiae; gr. et lat. c. n. H. Grotii, ex edit. Io. Clerici. in 8vo. Amst. 1709. Accesserunt:

PHILELEUTHERI Emendationes in Menandri et

A.C.N.

Philemonis Reliquias. in 8vo. Trai. ad Rh. 1710. Tom. II.

—— Sententiae moral. gr. et lat. in 12mo. Amst. 1708. cum Luciano.

PALAEPHATUS Historiae fabulosae haudquaquam spernendus interpres, cuius forte aetas in haec tempora incidit, licet quidam, eum ante Homerum vixisse, somniaverint. An Atheniensis vel Aegyptius fuerit, incertum est. E quinque, quos scripsisse fertur libris de Incredibilibus, primus duntaxat superest. 320.

—— de Incredibilibus; gr. et lat. c. not. Corn. Tollii. in 12mo. Amstel. 1649.

———— graece, e recens. S. Frid. Dresigii, et notul. opera et studio Io. Fr. Fischeri. in 8vo. Groningae. 1768.

DEMETRIUS PHALEREUS, Theophrasti discipulus, philosophus et Orator, Atheniensis, ignobili genere ortus. Ingenio et eloquentia meruit, ut a Cassandro Macedonum rege atheniensi civitati praeficeretur; quo tandem mortuo, ab Antigono et Demetrio Poliorceta urbe eiectus et absens capitis damnatus, in Aegyptum se contulit ad Ptolemaeum Soterem, a quo ad leges novas conscribendas adhibitus est. An vero musei Alexandrini et curandae versionis graecae bibliorum Hebraeorum etiam auctor fuerit, in eo dissentiunt eruditi. Ab irato Ptolemaeo Philadelpho, post obitum patris, omnibus honoribus privatus et in provinciam relegatus, ibi misere vixit et morsu aspidis interiit. 316.

—— de Elocutione sive dictione rhetorica; ex opt. exemplar. emendat. gr. et lat. in 8vo. Glasguae. ap. Foulis. 1743.

A.C.N.

306. EUCLIDES, Mathematicus celebris, quam habuerit patriam, incertum est. Mathematicas disciplinas Alexandriae summa cum laude docuit, et scriptis etiam suis mirifice illustravit. Subtilitas et acumen ingenii, iudicii denique perspicacia in illo vel maxime laudantur.

— quae supersunt, omnia; gr. et lat. e recens, Dav. Gregorii. in fol. Oxonii. 1703. ed. opt.

— Elementorum Libri XVI. curante Clavio. in 8vo. Francof. 1607. Tom. II.

— Elementorum Libr. XV. ex edit. Is. Barrovii. in 8vo. Cantabr. 1655.

— Elementorum Libr. VI. priores, ex edit. Coëtsii in 8vo. Amst. 1705.

300. MEGASTHENES, Historicus et Seleuci Nicatoris ad Indos legatus. Historiam Indiae conscripserat; at praeter pauca eius fragmenta, quae in Strabonis Geographia exstant, nihil ad nos pervenit. Opusculum vero sub nomine Megasthenis (falso Metasthenis) Persae de iudicio temporum et annalium Persarum cum Beroso et aliis a Io. Annio Viterb. editum, supposititium est.

— De iudicio temporum et annal. Persarum. in 4to. Venetiis. 1498. inter Auctores vetustiss. Annii Viterbiensis et D. Godofredi. in 12mo. Lugduni. 1591.

275. LYCOPHRON, Chalcidensis, carminum scriptor et Grammaticus, Ptolemaeo Philadelpho gratus; poëta, propter digressiones mythologicas, nimiumque eruditionis studium et audaciam, qua Aeschylum, cuius imitator fuit, superavit, difficillimus et obscurissimus.

— Alexandra; gr. et lat. ex edit. Io. Potteri. in fol. Oxonii. 1702. ed. opt.

A.C.N.

THEOCRITUS, Syracusanus, Hieronis iunioris Regis Syracusarum gratia floruit. Princeps est bucolicorum, et ob naturalem pulcritudinem ac simplicitatem a quibusdam vel Virgilio praefertur. 275.

— Reliquiae; gr. et lat. c. Scholiis graecis et commentariis integris var. ex edit. Io. Reiske. in 4to. Viennae et Lipsiae. 1765. Tom. II. uno Vol.

——— gr. et lat. ex edit. Wartoni. in 4to. Oxonii. 1770. Tom. II. ed. opt.

— X Eidyllia, ex vers. Wetstenii, cura Valckenaer. in 8vo. Lugd. Bat. 1773.

— BIONIS et MOSCHI Carmina bucolica. gr. et lat. cura L. C. Valckenaer. in 8vo. Lugd. Bat. 1779.

— MOSCHI et BIONIS Idyllia omnia, a Bernardo Zamagna lat. versib. expressa. gr. et lat. in 8vo. mai. Parmae, typis Bodonianis. 1791. edit. nitidiss.

CALLIMACHUS, Cyrenaeus, Grammaticus, Historicus et Poëta. Alexandriae primum litteras docuit; dein a Ptolemaeo Philadelpho in museum accitus, regi huic, et successori Evergetae gratus fuit. Battiades autem vocatur ab Aristaeo sive Batto conditore Cyrenarum. Inter alumnos disciplinae suae habuit Aristophanem, Byzantium Grammaticum et Apollonium Rhodium, quem postea ingratum et inimicum carmine diris devovit. Arte, quam ingenio poëtico, plus valuit. 275.

— Epigrammata et Fragmenta. gr. et lat. c. comment. Ez. Spanhemii. ex recens. c. versione et not. Io. Aug. Ernesti. in 8vo. Lugd. Bat. 1761. Tom. II. ed. opt.

——— graeco-ital. typis Bodonianis. in fol. Parmae. 1762. edit. splendidiss.

A.C.N.
270. ARATUS, Solensis Cilix, Poëta et Historicus. Etsi homo ignarus astrologiae, ornatissimis tamen versibus de coelo, stellisque (suadente Antigono rege) ex Eudoxi Cnidii libro scripsisse dicitur Ciceroni de orat. I. 16. Athenodori et Letophilae filius. Audivit Menecratem Ephesium Grammaticum, et Philosophos Timonem, Menedemum, Dionysium Heracleotem et Perseum Stoicum, quem tandem ab Antigono in Macedoniam arcessitum eo comitatus est, ibique gratia regis florens diem obiit supremum.

—— Phaenomena; gr. et lat. c. Proclo. in 8vo. Basil. 1585.

———— gr. et. lat. ex edit. H. Grotii. in 4to. 1600. c. fig.

—— Poëmata, gr. et lat. c. ital. vers. A. M. Salvini, curante A. M. Bandinio. in 8vo. Florentiae. 1765.

270. ARISTAEAS sive ARISTEAS, Codicis hebr. interpres, quem Ptolemaeus Philadelphus rex Aegyptiorum cum Andraea quodam cubiculario regio ad Eleazarum Pontificem Iudaeorum misisse fertur, ut codicem sacrum hebraeum, et LXXII. Viros linguarum hebraeae graecaeque peritos peterent, qui pandectas sacras converterent in graecam linguam. Cuius quidem historiam, a Iudaeo aliquo recentioris aetatis confictam esse contendunt Lud. Vives, Ios. Scaliger, Humphr. Hody et Ant. van Dale contra Is. Vossium et Waltonium.

—— Hist. LXXII. Interpret. gr. et lat. in 8vo. Oxonii. 1692. accessit: H. Hody dissert. contra historiam Aristeae. in 8vo. Oxon. 1684.

270. ANTIGONUS CARYSTIUS, Philosophus et Historicus, sub Ptolemaeo Philadelpho. Scripsit sin-

A.C.N.

singulares observationes de animalibus aliisque rebus naturalibus.

—— Historiarum mirabilium collectanea, gr. et lat. Gu. Xylandro interprete. in 8vo. Basileae. 1568. cum Anton. Liberali.

———— gr. et lat. c. interpr. Gu. Xylandri et not. Meursii. in 4to. Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1622. inter Historiar. mirab. auctores graecos Meursii. rar.

———— gr. et lat. explicata a Io. Beckmann. c. adnot. Gu. Xylandri, Meursii, Schneideri, I. Niclas et alior. in 4to. Lipsiae. 1791. ed. opt.

ARISTARCHUS, Samius, Mathematicus, a Cleanthe stoico Zenonis successore impietatis accusatus, quod terram circa solem moveri, docuisset. Inventor est horologiorum, et primus statuit lunam accipere lumen a sole et circa terram moveri. 262.

—— De magnitudinibus et distantiis solis et lunae c. F. Commandini vers. lat. et not. gr. et lat. in 8vo. Oxonii, e th. Sheld. 1688. Accessit: Pappi Alexandr. Mathem. collection. Libri II. Fragment. gr. et lat. ibid. 1688. rar.

MANETHOS, Sebennyta Diospolitanus, Historicus et Philosophus. Cuius Fragmenta ex tribus libris Aegyptiacorum servavit Iosephus et Syncellus, quae descripsit et illustravit Ios. Scaliger in Graecis Eusebii, et ad calcem Operis sui de emendat. temp. Liber vero de regibus Aegyptiorum sub eius nomine in Io. Annii Viterbiensis Antiquit. variar. Volum. latine editus, est suppositius. 260.

—— Apotelesmaticorum Libri VI. gr. et lat. cura Iac. Gronovii. in 4to. Lugd. Bat. 1698.

A.C.N.

260. BEROSUS, Chaldaeus, Astrologus et Historicus. Ex annalibus antiquissimis in templo Beli, cuius sacerdos fuit, Babylone custoditis, historiam Chaldaeae et Babylonis conscripsit, cuius fragmenta ex Iosepho et Eusebio collecta, ad calcem operis sui de Emendat. temp. graece dedit atque illustravit Ios. Scaliger; plura vero ex variis scriptoribus collegit, et cum not. suis edidit Io. Alb. Fabricius in Bibl. Gr. Lib. VI. c. 12. Antiquitatum vero libri V. in Antiquit. var. Volum. latine editi, Berosi huius nomen mentientes, ab impostore Io. Annio Viterbiensi sunt conficti.

—— Historiarum Libri XV. cum Commentar. Annii Viterbiensis, in fol. apud Ascens. 1512.

244. APOLLONIUS PERGAEUS, Geometra, Euclidis discipulis Alexandriae operam dedit. In mathesi excelluit, et VIII. libros Conicorum scripsit, quorum IV. posteriores graeci nondum reperti sunt, sed in linguam arabicam translati exstant.

—— Conicorum Libri VIII. et SERENI ANTISSENSIS de sectione cylindri et coni Libri II. gr. et lat. ex edit. Edm. Hallei. in fol. mai. Oxonii e th. Sheld. 1710. edit. opt. et splend.

—— Locorum planor. Lib. II. in 4to. Edimb. 1735. cum sect. Con. Simson.

212. ARCHIMEDES, Syracusanus, insignis Mathematicus, genere nobili, regisque Hieronis cognatus et amicus fuisse dicitur. Inventione cochlearum aliarumque rerum mechanicarum immortalem gloriam nominis sibi comparavit. Mathesin in Aegypto primum didicit; tandem subtilitate ingenii et acie iudicii mirifice am-

A.C.N.

plificavit; patriam quoque Marcello oppugnante inventis suis ingeniosis, per tres annos fere solus contra hostes defendit. Tandem in expugnatione urbis, cum circulis suis formisque, more veterum in arena descriptis, acriter intentus esset, invito Marcello, a milite quodam ignaro, quis esset, interemtus est. Imperator vero corpus illius, propinquis superstitibus inquisitis, honeste sepeliendum tradidit.

—— Opera, quae exstant, omnia; gr. et lat. in fol. Parisiis. 1615. rar.

——— ex recens. Torelli. in fol. mai. Oxonii. 1792. ed. opt. et splend.

APOLLONIUS RHODIUS, Callimachi discipulus, Poëta et Historicus, Sillei vel Illei filius, Alexandrinus, vel Aegyptius. Apud Rhodios rhetoricam cum laude docuit, et Ius Civitatis obtinuit, inde Rhodius dictus. Rhodo revertens Alexandriam sub Ptolemaeo Everge-te I. in praefectura bibliothecae Eratostheni successit. In praeceptorem suum Callimachum ingratus fuit, et ab illo sub Ibidos nomine diris devotus. Languidus poëta, in quo plus artis et studii, quam ingenii fuit. 194.

—— Argonauticon; gr. et lat. c. n. v. et Com. Hoeltzlini. in 8vo. Lugd. Bat. 1641. Tom. II. un vol. rar.

——— gr. et lat. c. n. v. select. ex interpr. Io. Shaw. in 4to. max. Oxonii. 1777. Tom. II. in uno vol. cor. vir. turc. edit. opt.

PHILO BYZANTIUS, Mechanicus, cui praeter Mechanicorum libr. IV. et V. qui supersunt inter Mathematicos veteres, Paris. 1693. editos, tribuitur quoque Liber de VII. orbis spectaculis. 151.

A.C.N. —— de septem orbis spectaculis gr. et lat. ex edit. et c. not. L. Allatii in 8vo. Romae. 1640. edit. opt.

——— gr. et lat. in 8vo Lugduni. 1661. cum D. Salvagii Miscellaneis.

145. BION Smyrnaeus et MOSCHUS Syracusanus, Poëtae bucolici hac aetate, ut videtur, clari; quorum hic, Aristarchi Grammatici discipulus, illius mortem carmine deflevit. Idylliorum auctores suavissimi, quorum fragmenta supersunt, eaque quaedam integra, olim Theocrito adscripta, et eius Idylliis immixta. Iudice Ramlero, Theocriti Idyllium natum quasi est in silva quadam aut prato, ob naturalem pulcritudinem et simplicitatem, Moschi in urbe, Bionis autem paene in theatro.

——— Idyllia; gr. et lat. ex edit. Heskini. in 8vo. Oxonii. 1748.

——— Carmina bucolica gr. et lat. cura L. C. Valckenaer. in 8vo. Lugd. Bat. 1779. c. Theocrito.

——— cum Theocrito lat. vers. expressa a B. Zamagna, gr. et lat. in 8vo. mai. Parmae. 1792.

144. POLYBIUS Megalopolitanus, vir princeps, Philosophus et Historicus. Patrem habuit Lycortam, Achaeorum praetorem; adolescens a Philopoemene artem didicit militarem. Amplissimis in patria honoribus ac legatione ad Ptolemaeum Epiphanem functus est. Tandem ob suspicionem rerum novarum Romam delatus, in amicitiam hominum illustrium venit, et cum Scipione iuniore eversioni Carthaginis interfuit. Historiam LIII. annor. ex libris censualibus et publicis monimentis, maxime dignam fide et pragmaticam, concinna-

A.C.N.

vit, atque interposito iudicio ad usum vitae et reipublicae revocavit, cuius gratia Aegyptum, Gallias, Hispanias adiit, et Alpes mariaque traiecit. Romanos etiam civibus suis reconciliavit, et post Scipionis mortem in patria sua omnibus gratus et acceptus obiit.

—— gr. et lat. c. n. v. ex edit. Is. Casauboni. in 8vo. Amst. 1670. Tom. III.

—— gr. et lat. recensuit, digessit, emendatiore interpret. var. lect. et adnotationibus illustravit Io. Schweighaeuser. in 8vo. mai. Lipsiae. 1789. Tom. VIII. ch. holl. Vol. IX. ed. opt.

—— mit Auslegungen und Anmerk. v. Folard. in 4to. mai. Wien. 1759. Tom. VII. Vol. IV. mit Kupfern.

NICANDER, Colophonius, Grammaticus, carminum scriptor et Medicus, Damnaei filius. In Aetolia quoque versatus est, et de plantis etiam huius regionis scripsit; sed Commentarii eius iniuria temporum interciderunt. 144.

—— Theriaca et Alexipharmaca gr. lat. et ital. curante Ang. Mar. Bandinio. in 8vo. Florent. 1765.

APOLLODORUS, Atheniensis, Asclepiadae filius, Aristarchi Grammatici, Panaetii Rhodii, et Diogenis Babylonii philosophorum stoicorum discipulus; cuius tres superstites Bibliothecae libros, ad cognoscendas veterum de Diis et Heroibus fabulas, perutiles esse pronunciavit Scaliger. Reliqua, quae scripsit, perierunt. 143.

—— Bibliotheces, sive de Diis Lib. III. gr. et lat. ex recens. Tanaquilli Fabri. in 8vo. Salmurii. 1661.

———— et Fragmenta graece, c. comment. Chr. G. Heyne. in 12mo. Göttingae. 1783. Tom. III.

A.C.N.
96. MELEAGER, Gadarenus, Syrus, Epigrammatographus Graecus; utpote qui ex diversis scriptoribus antiquis epigrammatum flores decerpsit, in unum corpus collegit, et *Coronam* inscripsit. Cuius quidem collectionem sequioris aetatis collectores Philippus Thessalonicensis, Agathias Myrinaeus, Constantinus Cephalas et Maximus Planudes Monachus Constantinopolitanus, pro suo quisque ingenio, interpolarunt, mutilarunt, et ex Sectis veteribus, novis carminibus auxerunt et plane mutarunt.
XLVI.

— Reliquiae; graece. Lectionis varietatem, version. metricam et commentarium perpet. adiecit I. C. F. Manso. in 8vo. Ienae. 1789

80. ANDRONICUS RHODIUS, Philosophus peripateticus, suo seculo princeps. Huic debemus Aristotelis et Theophrasti Opera, utpote qui illa primus illustravit, in ordinem redegit, et additis indicibus evulgavit, testibus Strabone Lib. XIII. et Plutarcho in Sylla.

— Ethicorum Nicomacheorum Paraphrasis; gr. et lat. cum interpret. D. Heinsii. in 8vo. Lugd. Bat. 1617.

— Libellus de animi affectionibus. Accessit: Anonymus de virtutibus et vitiis; graece, ex edit. Davidis Hoeschelii. in 8vo. Lugd. Bat. 1617. c. eiusd. Ethic. Paraphr.

— Ethicorum Nicomacheorum Paraphrasis. gr. et lat. c. interpret. D. Heinsii, cui subiungitur eiusd. Libellus de animi affectionibus. in 8vo. Cantabr. 1679.

62. APOLLONIUS SOPHISTA, Archibii filius, Grammaticus Alexandrinus, Apionem, contra quem Iosephus scripsit, habuit discipulum. Multo-

A.C.N.

rum Grammaticorum deperditorum sententias in Lexico suo Homerico conservavit, ex quo fonte Hesychius plurima desumsit.

— Lexicon gr. Iliadis et Odysseae, ex edit. Herm. Tollii. in 8vo. Lugd. Bat. 1788.

— ex edit. Villoisonii, cum fragment. PHILEMONIS GRAMMATICI et aliis antea ineditis. gr. et lat. in 4to. Lutetiae Parisior. 1773. Tom. II. edit. opt.

PARTHENIUS NICAEËNSIS, Eroticorum scriptor, quo uno Virgilius in Graecia usus est praeceptore. Macrob. V. Saturn. In bello Mithridatico a Cinna captum refert Suidas; verum Cinna rei militaris ignarus, nunquam in bellum est profectus. Ad sanandum ergo corruptum hunc Suidae locum, pro Cinna restituendus videtur Sulla, qui revera Mithridatem apud Dardanum fudit. Ex variis antiquissimis, sed deperditis scriptoribus, narrationes de iis, quae amantibus acciderunt, collectas Cornelio Gallo primo Aegypti praefecto dicavit. 28.

— de amatoriis affectionibus. gr. et lat. cum interpret. Iani Cornari. in 8vo. Basil. apud Froben. 1531. cum Ant. Liberali.

— c. not. Th. Gale in eiusd. historiae poët. Scriptoribus. in 8vo. Paris. 1675.

DIONYSIUS HALICARNASSEUS, Rhetor, Criticus et Historicus eximius, e Caria ortus, Alexandri filius, Herodoti popularis. Romae per XXII. annos commoratus, Historiam partim e Commentariis Porcii Catonis, Fabii Maximi, Valerii Antiatis et aliorum, partim ex antiquis monumentis in Graecorum gratiam conscripsit, ad interiorem historiae et antiquitatis romanae cognitionem utilissimam. 7.

A.C.N.

— Opera omnia; gr. et lat. ex edit. Sylburg. in fol. Lipsiae. 1691.

—— gr. et lat. ex edit. Hudsoni. in fol. Oxon. 1704. e theatro Sheldon. Tom. II. in uno Vol. ed. opt. et rar.

—— gr. et lat. c. not. var. ex edit. I. Reiske. in 8vo. Lipsiae. 1774. Tom. VI.

— de structura orationis gr. et lat. ex recens. Iac. Uptoni. in 8vo. Londini. 1728. Acces: Simonis Bircovii Exempla latina, graecis Dionysii respondentia.

— de priscis Scriptoribus, gr. et lat. c. recens. et not. Guilielmi Holwelli in 8vo. Lond. 1766.

6. DIODORUS SICULUS, Historicus, ex Argyrio Siciliae oppido ortus. Qui, ut Historiam suam accurate scriberet, Aegyptum, magnamque Asiae et Europae partem perlustravit, et ex historicis superiorum seculorum quaecunque utilia sibi et scitu necessaria viderentur, diligenter excerpsit, nec latinos scriptores neglexit, cuius rei gratia latinam etiam linguam didicit. XXX annos in hoc opere insumsit, cuius dimidia fere pars periit. Historiam tam mythicam, quam civilem diligenter persequitur, cum notatione temporis; multa tamen pro more illius aevi admiscet fabulosa.

— Bibliotheca historica, gr. et lat. interpret. Laur. Rhodomano, ex edit. P. Wesseling. in fol. Amst. 1746. Tom. II. edit. opt.

P.C.N.

AUCTORES GRAECI.

A

TEMPORIBUS AUGUSTI USQUE AD AETATEM CONSTANTINI MAGNI.

DIONYSIUS PERIEGETES, Gente Characenus; 3.
natus quippe in oppido sinus persici, quod prius a conditore Alexandro M. Alexandria, deinde Charax vocabatur, unde Alexandrinus etiam apud antiquos saepe audit, quem ad commentanda omnia, in Orientem praemisit Augustus, ituro in Armeniam filio suo adoptivo, Caio.

— Orbis descriptio, c. veter. schol. et Eustathii commentar. Acced. Periegesis Prisciani, c. n. A. Papii, et tab. geogr. gr. et lat. in 8vo. Oxon. e theatr. Sheld. 1697. edit. opt.

— Geographia; gr. et lat. ex edit. E. Wells. cum tab. geogr. in 8vo. Oxonii, e theatr. Sheldon. 1709.

STRABO, Cappadox, Philosophus et Geogra- 19.
phus. Patria fuit Apamea Cappadociae urbs. Xenarchum Seleuciensem philosophum peripateticum quidem audivit, Stoicorum tamen placita sectatus est, Athenodoro celebri Stoico familiaris. Itinera per magnam Orbis partem suscepit, et ad extrema Aethiopiae pervenit. Cuius descriptio Orbis geographica, iudicio, delectu, et copia rerum ita se commendat, ut non geographiae modo, sed et veteris historiae thesaurus haberi possit. Instituta quippe, mores, et civilem atque religiosum populorum cultum, perite explicuit, viros etiam celebres laudavit.

P.C.N.

— Rerum geographicarum Lib. XVII. gr. et lat. ex ed. Iansonii ab Almeloueen. in fol. Amst. 1707. Tom. II. Vol. I. edit. opt.

29. CASSIUS FELIX, Iatrosophista. Incertae quidem aetatis; sunt tamen plerique, qui Augusti, Tiberiique temporibus eum floruisse censeant.

— Naturales et medicinales Quaestiones, Conr. Gesnero interprete, gr. et lat. Accedit: Catalogus Medicamentorum simplicium, quae pestilentiae veneno adversantur. Ant. Schneberger. in 8vo. Tiguri. 1562. rar.

37. XENOCRATES, Aphrodisiensis, Medicus Graecus, a Galeno et Aëtio saepius laudatus. Cuius unicum de alimento ex aquatilibus libellum Oribasius servavit, et Alb. Fabricius in B. Gr. Vol. IX. Lib. V. integrum, cum interpretatione I. B. Rasarii, recudi curavit.

— de alimento ex aquatilibus cum latina interpret. Io. B. Rasarii, scholiis Conr. Gesneri, varietate lectionis et glossario edidit G. Fr. Franzius; gr. et lat. in 8vo. Francof. 1779.

41. PHILO ALEXANDRINUS, Sacrorum disciplina Iudaeus, doctrina Philosophus et Sophista. Philosophiam inprimis Platonicam coniunxit cum Iudaica. Senex admodum ad Caium Imper. ut iram eius calumniis Apionis adversus Iudaeos Alexandrinos concitatam deprecaretur, orator missus, legationem suam descripsit, licet ne admissus quidem fuerit. Multa praeterea scripsit, et allegoricae scripturae interpretationis ac mysticorum coryphaeus habetur.

— Opera, cura Mangey; gr. et lat. in fol. mai. Londini. 1742. Tom. II. ed. opt. et splend.

P.C.N.

APOLLONIUS TYANENSIS, Cappadox, Philosophaster pythagoricus, Thaumaturgus, et praestigiator insignis. De cuius miraculis, et prodigiis multas Philostratus inprimis narravit fabellas, risu potius, quam fide dignas; scilicet: ut haberent idolorum cultores, et religionis christianae hostes, quem opponerent Christo. In vita, cultu, et longis multisque itineribus imitatus est Pythagoram; comitem habuit Damidem. Homo fuit seditiosus. 50.

— Epistolae; gr. et lat. in fol. Lipsiae. 1709. cum Philostratorum Opp. et vita Apollonii Tyanens.

— Vie d'Apoll. de Tyane avec les Comment. de Blount trad. en fr. in 8vo. Amst. 1779. Tom. IV.

ONOSANDER, Philosophus, ut volunt, platonicus, et officiorum ducis bellici magister; quam patriam, quosve parentes habuerit, non constat. Sedulus Xenophontis lector atque imitator; ex cuius de re militari scriptis, Leo Imperator, aliique post Onosandrum scriptores tactici, graeci et romani, sua potissimum hauserunt. 53.

— Strategicus. Accessit: URBICII Inventum; gr. et lat. ex edit. Nic. Rigaltii. c. Comment. Iani Gruteri et alior. notis in 4to. ex Officina Commelin. 1600. rar.

— gr. et gall. ex vers. gall. Baronis de Zur-Lauben. c. n. p. et fig. in fol. Norimb. 1762.

DIOSCORIDES Anazarbeus Cilix, Medicus empiricus, et botanices graecanicae princeps auctor, qui Europam et Asiam percurrens plantas descripsit. Ex quo Plinius, Galenus, Oribasius, et alii multa in suos libros transtulerunt. 64.

P.C.N.

—— Opera omnia, gr. et lat. ex interpret. lat. I. Ant. Saraceni. in fol. Francof. 1598. edit. opt.

64. EROTIANUS vel HERODIANUS Grammaticus forte huius aetatis.

—— Glossaria in Hippocratem. c. Galeni et Herodoti gloss. ex edit. I. G. Frid. Franzii in 8vo. Lips. 1780.

93. IOSEPHUS FLAVIUS, Matthatiae seu Mathiae filius, ortu Hierosolymitanus, Historicus. Pharisaeorum haeresin sectatus, anno aetat. XXVI. Romam venit, et per mimum quendam Iudaeum, Poppaeae Neronis Uxoris favorem, eiusque opera libertatem quorundam cognatorum, quos Procurator Felix captivos Romam miserat, impetravit. Domum revertens in Galilaeam cum potestate missus, multa prudenter et fortiter gessit. Tandem Iotapata a Vespasiano capta, vivus venit in victoris potestatem, sed callido vaticinio, quod Vespasianum eiusque filium Titum summam imperii potestatem consecuturos esse praedixisset, catenis solutus et manumissus, a patrono Flavii nomen accepit. Postea Tito carus, adfuit in obsidione Hierosolymae, ubi omnia diligenter adnotavit.

—— gr. et lat. ex edit. S. Havercamp. in fol. mai. Amsterd. 1726. Tom. II. edit. opt.

94. EPICTETUS, Hieropolitanus, Phryx, Philosophus stoicus. Primum Epaphroditi servus fuit, deinde ab eo manumissus, Romae vixit, durissimamque paupertatem aequo tulit animo. Domitiani edicto una cum omnibus philosophis Roma Italiaque pulsus, Nicopoli in Epiro exulavit, ubi magna auctoritate, et discipulorum frequentia floruit. Dissertationes eius

P.C.N.

in schola habitas, Fl. Arrianus Nicomediensis Bithynius litteris consignavit, et illo mortuo vulgavit; ob sententiarum gravitatem magis, quam dictionis elegantiam commendandus. Floruit vero hic Flavius Arrianus sub Hadriano et Augusto, cui carus fuit. Historicus, et dux militaris egregius; qui civitate etiam atheniensi et romana donari, dignitatibusque ornari meruit.

— Enchiridium, cum paraphrasi graeca, et eiusdem Apophtegmatibus et Fragmentis Antonini et Agellii; gr. et lat. c. n. v. ex edit. N. Blancardi. in 8vo. Amst. 1683. cum Arriani Tactica.

——— una cum CEBETIS Tabula: gr. et lat. c. not. Wolffii, Casauboni, Caselii et aliorum. Accessit: Graeca Enchiridii Paraphrasis, cura Iac. Gronovii. ex edit. Io. Casp. Schröderi in 8vo. mai. Delphis. 1723. c. fig. edit. opt.

——— gr. et lat. ex edit. Uptoni. in 4to. Londini. 1741. Tom. II. edit. splend.

——— gr. et lat. cum Demoph. et Democrit. Sentent. in 12mo. Amst. 1750.

——— gr. cum vers. ital. E. Pilenei. in 4to. max. Parmae typis Bodonianis. 1793. edit. splendidiss.

ARETAEUS, Cappadox, Medicus celebris; post Dioscoridem et Plinium vixisse, scripsisseque videtur. Sectae quoque pneumaticae addictus erat, quae sub Nerone demum ortum cepit, auctore Athenaeo Attalensi. 94.

— de Causis, signis et curatione acutorum et diuturnorum morborum; gr. et lat. c. not. et comment. var. ex edit. H. Boërhavii. in fol. Lugd. Bat. 1731. edit. opt.

P.C.N.

97. DIO CHRYSOSTOMUS, patria Prusaeus, a patrono COCCEIANUS, ab oris suavitate et elegantia vero Chrysostomus dictus, Sophista et Philosophus stoicus. Domitiani tyrannidem metuens ultro in exilium abiit et ad Getas Thracesque confugit, ibique opere rustico victum sibi paravit; tandem a Nerva revocatus, Traiani gratia floruit.

— Orationes LXXX; gr. et lat. ex interpr. Thomae Nageorgi, cum Scholiis Morelli, et Casauboni Diatriba. in fol. Lutetiae. 1604. typis reg. ex officina Cl. Morelli.

——— ex recens. I. I. Reiske. in 8vo. Lipsiae. 1784. Vol. II.

97. THEODOSIUS TRIPOLITANUS, Astronomus et Mathematicus celebris sub Traiano.

— Sphaericor. Lib. III. gr. et lat. in 8vo. Oxonii, e theatro Sheldon. 1707. rar.

99. RUFUS EPHESIUS, Medicus, Traiano principe floruit, secundum Suidam, fama nominis conspicuus.

— de vesicae renumque morbis, de purgantibus medicamentis, et de partibus corporis humani; gr. et lat. cum dissert. et commentar. Guilielmi Clinch. in 4to. Londini. 1726.

107. PLUTARCHUS, Chaeronensis, Philosophus platonicus, Grammaticus et Historicus, acri iudicio et delectu rerum memorabilis, Chaeronaeae in Boeotia natus. Romae philosophiam docuit, a Traiano ornamentis consularibus auctus, et Illyrio praepositus; sub Hadriano vero, Graeciae Procurator constitutus, admodum senex Sacerdotio Apollinis functus est, et in patria LXXX ann. maior diem

P.C.N.

obiit supremum. Permulta scripsit, quae ad cognoscenda inprimis veterum philosophorum placita, ad formandos mores, ad intelligendas denique antiquitates graecas et romanas, historiaeque illustrationem insignis sunt utilitatis; unde a quibusdam fons et thesaurus omnis eruditionis habitus est.

— Opera omnia, cum lat. interpret. ex vetust. Codd. emendata: cura H. Stephani, gr. et lat. in 8vo. excud. H. Stephanus. 1572. Tom. XIII. rar.

——— cum interpret. Cruserii, et Xylandri not. var. et var. lect. a Io. Rualdo collecta et digesta; gr. et lat. in fol. Paris. 1624. Tom. II. rar.

——— gr. et lat. ex edit. Io. Iac. Reiske, in 8vo. mai. Lipsiae. 1774. Tom. XII.

— Vitae parallelae; gr. et lat. c. n. et var. lect. ex recens. Aug. Bryani in 4to. mai. Londini. 1729. Tom. V.

— Apophtegmata, etc. gr. et lat. in 4to. mai. Lond 1741.

— de Placitis philosophorum Libri V.; gr. et lat. c. adnot. variantib. lect. dissert. et recens. Eduardi Corsini. in 4to. mai. Florentiae. 1750.

— Oeuvres, par Amyot. in 8vo. à Par. 1784 Tom. XVIII.

— les Vies des hommes illustres, traduites par M. Dacier. in 8vo. Amsterd. 1763. Tom. XIV.

THEON SMYRNAEUS, insignis Mathematicus et Philosoph. platonicus sub Traiano et Hadriano. 116.

— Fragmenta de arithmetica et musica; ex edit. Ism. Bullialdi, c. eiusd. not. gr. et lat. in 4to. Parisiis. 1644. rar.

ALCINOUS, Philosophus platonicus huius forte aetatis. Omnium optime nexum et ordinem philosophiae platonicae tradidit, cuius delineationem Stanley Historiae suae phil. inseruit. 116.

P.C.N.
— In Platonem Introductio; gr. et lat. ex edit. Dan. Heinsii. in 8vo. Lugd. Bat. 1614. cum Maximi Tyrii Dissertationibus.

116. CLEOMEDES, Astronomus Graecus, Cl. Ptolemaeo fortassis antiquior. Quod si enim post eum vixisset, tanti nominis viri procul dubio mentionem iniecisset.

— Cyclica Theoria, sivę de mundo; gr. et lat. ex edit. Rob. Balforei. in 4to. Burdigalae. 1605. rar.

— de Mundo libri. II. gr. et lat. in 8vo. Basil. 1585. cum Procli Sphaera.

123. ARRIANUS FLAVIUS, Nicomediensis Bithynius, Epicteti discipulus, Philosophus, Historicus, et belli dux, de quo supra vid. Epict. Ab Hadriano Cappadociae praefectus, contra Alanos et Massagetas feliciter bellavit. Romae honores senatorios, consulatum, et in patria sacerdotium Cereris et Proserpinae adeptus est.

— Expeditio Alexandri M. gr. et lat. c. n. v. in 8vo. Amstel. 1668.

——— gr. et lat. ex edit. Iac. Gronovii. in fol. Lugd. Bat. 1704.

— Ars Tactica, Periplus Ponti Euxini et maris Erythraei, item Lib. de Venat.; gr. et lat. c. n. v. ex ed. Nic. Blancardi. in 8vo. Amst. 1683. c. fig. Access.

EPICTETI Enchiridion cum paraphrasi graeca, et Apophtegmata, cum Fragmentis Antonini et Agellii; gr. et lat. c. n. v. ex edit. N. Blancardi. in 8vo. Amsterd. 1685.

123. ARTEMIDORUS Ephesius, qui Daldianus etiam a Daldia urbe Lydiae et natali loco matris suae nominatur. Magno studio, et multis itine-

P.C.N.

ribus propterea factis, librum de divinatione et somniis interpretandis scripsit, quo nihil vanius si rem spectes; eius lectionem tamen commendat Vossius ob multa, quae de ritibus antiquis et studio humanitatis passim admiscet.

—— et ACHMETIS SEREIMI F. Oneirocritica. Access. ASTRAMPSYCHII et NICEPHORI versus oneirocritici, gr. et lat. ex edit. Rigaltii. in 4to. Lutetiae. 1603. rar.

APOLLONIUS DYSCOLUS, pater Herodiani, Grammaticus Alexandrinus. In summa vixit paupertate, et ob austerum morosumque vitae genus Dyscolus cognominatus est. Sub Antonino Pio Romam venit, postea rediit in patriam et mortuus est in Bruchio Alexandrino, in quo liberalitate regum Aegyptiorum viri docti alebantur. 131.

—— Historiae commentitiae; gr. et lat. c. interpr. Xylandri. in 8vo. Basileae. 1568. c. Anton. Liberali.

—————— gr. et lat. c. n. Meursii. in 4to. Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1622. inter histor. mirab. auct. graec. Meursii.

—————— gr. et lat. c. n. Xylandri, Meursii et L. H. Teucheri. in 8vo. Lips. 1792.

CL. AELIANUS TACTICUS, homo graecus, diversus ab Aeliano variarum historiarum scriptore, quos olim confuderunt Gesnerus, Arcerius, Vossius et alii. vid. Perizon. in praefat. ad Aeliani var. histor. 131.

—— Tactica, s. de Motionibus ac praeceptis militaribus ad formandas acies necessariis, gr. et lat. ex edit. Arcerii. in 4to. Lugd. Bat. apud Elzevir. 1613. c. tab. aen. rar.

P.C.N.
131. POLEMO ANTONIUS, patria Laodicenus, Laodiceae, quae est ad Lycum, natus, Rhetor et Sophista clarissimus, praeceptor Aelii Aristidis; gratia apud Traianum, Adrianum et Antoninum Pium Augg. floruit, coetui musei alexandrini adscriptus. Vixit et docuit Smyrnae magna cum auctoritate; nominis vero fama elatus, asperos et superbos induit mores. Tandem senex articulorum doloribus vexatus, in patriam rediit, et vivus in tumulum maiorum descendit, quem claudi iussit; ne scilicet ipsum silentem sol adspiceret, atque ita fame et inedia periit

— Declamationes, cum Himerii et alior Declamat. graece, ex off. H. Steph. in 4to. 1567.

——— gr. et lat. in 8vo. Tolosae. 1637.

14c. PHLEGON TRALLIANUS, Trallibus Lydiae urbe natus, Hadriani Augusti libertus, et Historicus. Scripsit plurima, ex quibus omnibus, liber de mirabilibus, initio mutilus, de Olympiade fragmentum et libellus de longaevis, supersunt.

— de rebus mirabilibus liber; gr. et lat. in 8vo. c. interpret. Xylandri. Basileae. 1568. c. Ant. Liberali.

——— gr. et lat. c. interpr. Xylandri, et not. Meursii in 4to. Lugd. Bat. ap. Elzevir. 1622. inter Hist. mirab. auct. graecos Meursii.

——— gr. et lat. ex recens. Meursii. Access. eiusd. et Xylandri animadv. cum Io. Meibomii epistola de longaevis. ex edit. I. G. Fr. Franzii. in 8vo. Halae. 1775.

147. APPIANUS, Alexandrinus, Historicus, Polybii et Plutarchi non raro descriptor; sub Traiano, Adriano et Antonino Pio floruit. Hone-

stissimo loco in patria habitus, Romae etiam versatus est, et causas apud Augustorum tribunalia egit. Historiae Romanae, quam XXIV. libris complexus est, dimidiam tantum partem, ab interitu servatam habemus.

—— Romanae historiae etc. ex vers. lat. Petri Candidi. in 12mo. Lugd. Batav. ap. Seb. Gryphium. 1551. rar.

———— gr. et lat. c. n. v. ex edit. Tollii. in 8vo. Amstel. 1670. Tom. II.

———— cura Io. Schweighaeuser, ad fidem Cod. MS. recens. et suppl. c. emendat. versionis latinae et animadversionibus varior. in 8vo. mai. ch. scriptor. Lipsiae. 1785. Tom. III. ed. opt.

ANTONINUS LIBERALIS, Mythographus. Res lepidas et mire fabulosas, ad intelligendos tamen poëtas, et pernoscendam veterum superstitionem haud inutiles, stilo inaequali conscripsit. 147.

—— Transformationum congeries. Access. Phlegontis Tralliani de mirabilibus et longaevis libellus; eiusd. de Olympiis fragm. Apollonii historiae mirab. Antigoni mirab. narrationum congeries, et M. Anton. Philosophi Imp. Rom. de vita sua Lib. XII.; gr. et lat. cum interpret. G. Xylandri. in 8vo. Bas. 1568.

———— gr. et lat. c. interpret. G. Xylandri et not. Th. Munckeri. in 12mo. Amstel. 1676.

———— gr. et lat. ex edit. H. Verheyk. in 8vo. Lugd. Bat. 1774. ed. opt.

HEPHAESTION. Grammaticus Alexandrinus, praeceptor Aelii Veri, postea Imperatoris; cuius libellus, de metris, a criticis graecis, tam veteribus, quam recentioribus, laudatur. 150.

P.C.N.

— Enchiridion de metris et poëmate, graece, c. scholiis antiq. et animadv. Io. Corn. de Pauw. in 4to. Traiect. ad. Rh. 1726.

161. ANTONINUS M. AUR. IMPERATOR, Philosophiae stoicae amantissimus. Familiam a Numa Pompilio duxit. Patre mature decedente, ab avo Lucio Annio Vero liberaliter educatus et clarissimis rhetorices atque philosophiae magistris traditus est. Magna cum sapientiae laude regnavit, mores civium temperavit, florem civitatum, scholarum et litterarum liberaliter aluit. In Christianos tamen iniquus saeviit.

— Libri XII. gr. et lat. cum interpr. Xylandri. in 8vo. Basileae. 1568. cum Antonino Liberali.

——— gr. et lat. c. comment. perp. Th. Gatakeri. Acces. eiusd. opuscula varia; in fol. mai. Trai. ad Rh. 1697.

——— gr. et lat. c. I. Fr. Buddei Introductione ad philosoph. stoicam, ex edit. Chr. Wolle. in 8vo. Lipsiae. 1729.

— trad. en françois et distribuées par ordre de matieres, in 8vo. à Dresde. 1754.

161. PTOLEMAEUS CLAUDIUS, Pelusiensis Aegyptius, Geographus, Musicus et Astronomorum princeps; diversus a Ptolemaeo Mathematico, de quo Plutarchus in Galba et Tacitus Hist. Lib. I. cap. 22. Antonino Pio superstes fuit, et, si fides habenda est Olympiodoro in Phaedonem Platonis apud Menagium ad Laërtii Lib. I. segm. 109. in Canobi porticibus columnatis, pteris appellatis, astronomiae operam navans, per XL. annos habitavit, inventasque a se astronomicas demonstrationes et conclusiones in columnis illic positis descripsit.

P.C.N.

—— Geographiae Libri VIII. gr. et lat. c. tab. edente Gerardo Mercatore. in fol. Amstel. 1605.

———— gr. et lat. cum Tab. Ptolemaicarum delineatione atque adnotationibus Ger. Mercatoris, in Theatr. Geogr. veter. P. Bertii, in fol. Amst. et Lugd. Bat. 1618. typ. Elzevirian. Tom. II. uno Vol. rar. charta color.

—— Tabulae geographicae Orbis antiqui c. Indice philologico. in fol. Amstel. 1730.

POLYAENUS, gente Macedo, Rhetor, in foro etiam versatus. Ex variis scriptoribus exempla strategematum collegit, in historia et exemplis ducum romanorum ieiunus, et parum accuratus. 163.

—— Strategematum libr. VIII. gr. et lat. c. n. suis et Casauboni edidit Pancratius Maasvicius, in 8vo. Lugd. Bat. 1690.

HERMOGENES, Tarsensis, Rhetor, praecocibus adnumerandus ingeniis. Anno quippe aetatis XVII. opus de arte rhetorica, et XX. de formis oratoriis scripsit; sed XXV. defecit eum memoria et loquendi facultas, quam postea nunquam recuperavit, licet diu vixisset, senectutemque attigisset. 163.

—— graece; opera Fr. Porti Cretensis. in 8vo. ap. Io. Crispinum. 1570. cum Aphthonio.

GALENUS CLAUDIUS, Medicus et Grammaticus celeberrimus. Pergami in Asia patre Nicone in lucem editus et disciplinis mathematicis imbutus, liberales etiam artes et medicam a peritis magistris didicit. Patre mortuo Smyrnam, Corinthum, insulam Lesbum, Alexandriam aliasque urbes et regiones adiit. 164.

P.C.N.

Romae etiam Augustorum et civium favorem felici curatione morborum sibi conciliavit, et sub vitae finem ibi fortunarum habitationisque suae sedem fixisse videtur.

— Opera, graece, in fol. mai. Basileae. excud. Andr. Cratander. 1538. Part. V. Vol. III. edit. opt. rar.

— et HIPPOCRATIS Opera; gr. et lat. ex edit. Renati Charterii. in fol. Lut. Par. 1679. Tom. XIII Vol. IX.

— de natura alimentorum; gr. et lat. in 12mo. Lugd. Bat. 1633.

164. MARCELLUS SIDETES, ex Side oppido Pamphyliae ortus, Medicus. Scripsit carmine XLII. libros de re medica, quorum fragmenta tantum supersunt.

— Medicina ex piscibus; gr. et lat. in 4to. in Bibliothec. graec. I. Alb. Fabricii Tomo I. et Fragment. ibid. Tomo. XIII.

——— interprete F. Morello, gr. et lat. in 8vo. Lutetiae. 1591. edit. orig. rariss.

174. PAUSANIAS, Caesareensis Cappadox, Herodis Attici discipulus, Grammaticus et Sophista, artium et monimentorum antiquorum perscrutator diligentissimus; per Graeciam, Macedoniam, Italiam, magnam Asiae partem, usque ad Iovis Hammonis oraculum iter fecit. Quae vero notatu digna ubique viderat, Romam redux, admodum senex litteris consignavit. Ob variarum rerum copiam, omnisque antiquitatis notitiam et iucundam historiarum diversitatem, auctor est utilissimus.

— Descriptio Graeciae; gr. et. lat. c. not. Xylandri, Sylburg. et Kuhnii. in fol. Lipsiae. 1696. ed. opt.

P.C.N.

LUCIANUS, Natione Syrus, domo Samosatenus, Rhetor, Philosophus, deorumque et hominum irrisor. Ab opificio sculpturae, cui operam voluntate parentum suorum pauperum addixerat, severitate magistri permotus, ad studia liberalia transiit. Primum fuit causidicus Antiochiae, sed ob fraudes patronorum causarum, gregem illorum deseruit, tandemque arti orandi operam dedit, et magnam eloquentiae laudem in itineribus per Gallias, Macedoniam, Ioniam et Achaiam consecutus est; sed mox rhetorum quoque artes perosus, animum ad philosophiae studium adpulit. Sub M. Antonino graphiarius et procurator fuit partis Aegypti. Nulli sectae philosophorum addictus, moribus epicureus, facundus sophista et lepidus scriptor. Philosophorum inprimis rixandi libidinem attico aceto perfudit, et nugaces poëtarum de diis gentilium fabulas, insanamque de multitudine deorum opinionem in dialogis suis derisit. 174.

—— Opera omnia, gr. et lat. ex edit. Benedicti. c. n. v. in 8vo. Amst. 1687. Tom. II.

——— gr. et lat. ex nov. vers. Tib. Hemsterhusii et Io. Matth. Gesneri, cum notis et indice Reitzii. in 4to. Amsterd. 1743. Tom. IV.

——— gr. et lat. ad editionem Tib. Hemsterhusii, et Io. Fr. Reitzii, c. var. lect. et adnot. in 8vo. Biponti. 1789. Tom. IX.

—— Colloquia selecta; gr. et lat. c. Cebetis Tabula, et Menandri sententiis moralibus, ex edit. Hemsterhusii. in 12mo. Amstelaed. 1708.

ARISTIDES AELIUS, Adrianensis Bithynus, Polemonis et Herodis Attici discipulus, Sophista. 176.

P.C.N.

Multa suscepit itinera atque ipse se ad Aethiopiam usque venisse et Aegyptum quater perlustrasse, gloriatur. Smyrnae habitavit, et ob eloquentiam, impetratamque a M. Aur. Antonino Smyrnae terrae motu eversae restaurationem, in summa dignitate atque auctoritate vixit; cui cives statuam etiam aeneam prope Aesculapii aedem posuerunt. Publica munera detrectavit; at sacerdotium Aesculapii a Smyrnensibus, et immunitatem a M. Antonino, huiusque filio Commodo Imp. per litteras oblatam accepit. Disertus et cultissimi sermonis sophista, felixque veterum imitator; arrogans tamen et elatus.

—— Opera omnia; gr. et lat. c. not. Sam. Iebb. in 4to. Oxonii. 1722. Tom. II.

176. PHRYNICHUS, Arrhabius, Rhetor et Sophista, Bithynus, severus nimis vocum atticarum censor.

—— Eclogae nominum et verborum atticorum, gr. et lat. curante Io. Corn. de Pauw. in 4to. Traiect. ad Rh. 1739.

176. POLLUX IULIUS Naucratites Aegyptius, Grammaticus, a patre suo eruditus, et Adriani Sophistae discipulus, Athenis rhetoricam docuit. Praeclarum Onomastici sui opus, Commodo adhuc adolescenti, patre M. Aurelio superstite, inscripsit, ad uberiorem antiquitatis Graeciae cognitionem, et accuratam linguae graecae scientiam utilissimum.

—— Onomasticum; gr. et lat. ex edit. Tib. Hemsterhuisii. in fol. Amst. 1706. Tom. II.

190. SEXTUS EMPIRICUS, Medicus et Philosophus pyrrhonius, sub Commodo, ut videtur, vel paulo serius, ingenio et scriptis clarus. De

rebus etiam certissimis vel dubitavit, vel in utramque partem disputavit, ingeniose quidem satis, nec sine laude eloquentiae.

—— Opera; gr. et lat. ex edit. I. Alberti Fabricii. in fol. Lipsiae. 1718.

MAXIMUS TYRIUS, Philosophus platonicus, Rhetor et Sophista. Sub Antonino Pio Romam venit, institutionique postea, ut nonnullis videtur, Verissimi Caesaris praefectus est; multa eleganter suaviterque docuit, virtutisque inprimis studium commendavit, Homerum, Platonem, Socratem saepius explicuit, et ab aliorum iniuria vindicavit. Varias tamen veterum fabulas nimis subtiliter tractat, et multis in locis ab anilis superstitionis crimine prope abest. 190.

—— Dissertationes philosophicae gr. et lat. c. interpret. et not. Dan. Heinsii. Accessit: Alcinoi in Platonem Introductio. in 8vo. Lugd. Bat. 1614.

———— gr. et lat. ex edit. Io. Davisii. c. n. v. in 8vo. Cantabr. 1703.

———— gr. et lat. ex recens. Io. Davisii. c. n. Ier. Markland. in 4to. Londini. 1740. ed. opt.

MOERIS (Aelius) ATTICISTA, Grammaticus, cuius libellus de vocibus atticis linguae graecae studiosis utilis est. 190.

—— Lexicon atticum, graece cum Io. Hudsoni, Steph. Bergleri, Claud. Sallierii, aliorumque notis, et emend. animadvers. Io. Piersoni. accedit: Aelii Herodiani Philetaerus, in 8vo. Lugd. Bat. 1759.

PHILOSTRATUS FLAVIUS maior, et PHILOSTRATUS Lemnius iunior.

P.C.N. *Prior* habitatione vel Atheniensis vel Lemnius, Proclum Naucratitam, Damianum Ephesium et Hippodromum Larissaeum, Sophistas, audivit. Artem orandi docuit primum Athenis, tum Romae; ubi a Iulia Severi Imp. coniuge, eruditis, quos illa litterarum causa quotidie secum habuit, adscriptus est.

Posterior, Lemnius, prioris ex sorore nepos et Nerbiani filius; propter orationem quandam, immunitatem a muneribus publicis impetravit, et ante avunculum e vita excessit,

— Opera omnia; gr. et lat. c. recens. not. et versione Gottfr. Olearii. fol. Lipsiae. 1709. Accesserunt: APOLLONII Tyanensis epistolae, Eusebii lib. adversus Hieroclem et Callistrati descriptio statuarum.

— de vita Apollonii Libr. VIII. Alemano Rhinuccino interprete, c. Eusebii confutatione adversus Hieroclem, in 8vo. Colon. 1532.

200. STRATO, Epigrammatum graecorum auctor, cuius aetas, patria et vita in occulto latet. Reiskius suspicatur Severi Imperatoris temporibus aequalem fuisse, in praefat. ad Antholog. graec. Const. Cephalae.

— aliorumque veterum poëtarum graecorum epigrammata, ex edit. Klotzii, graece. in 8vo. Altenburg. 1764. (cum Klotzii ridiculis literariis).

204. OPPIANUS, Anazarbeus Cilix. Caracallae Aug. oblato carmine de piscatione, suum ingenium ita probavit, ut non tantum pro singulis versibus staterem aureum acciperet, sed etiam exilii gratiam pro patre obtineret.

P.C.N.

— de venatione et piscatu; gr. et lat. c. interpret. lat. et commentariis. Studio et opera Conr. Rittershusii. in 8vo. Lugd. Bat. 1597.

——— cum paraphrasi graeca librorum de aucupio; gr. et lat. cura Io. Gottl. Schneider. in 8vo. mai. Argentorati. 1776.

— Cynegetica; gr. et lat. ex edit. et c. animadvers. Iac. Nic. Belin de Ballu. in 8vo. Argentorati. 1786.

ALEXANDER APHRODISIENSIS, Philosophus peripateticus, et Medicus; in varios Aristotelis libros commentatus est, eiusque placita ita exposuit, ut cum aliorum philosophorum sententiis nec misceret, nec compararet. 204.

— de Fato et de eo quod nostrae potestatis est; cui accessit: Ammonii Hermiae commentar. in Aristot. lib. de interpr. sect. secund. gr. et lat. in 8vo Lond. 1658.

ATHENAEUS, Naucratita Aegyptius, Grammaticus, Sophista, Graecorum Varro et Plinius, cuius eruditorum convivalium libri multa continent recondita, atque veterum etiam poëtarum fragmenta, ab interitu servata; ut pro thesauro reconditae eruditionis antiquitatis et historiae, iure meritoque haberi possint. 210.

— Deipnosophistarum libri XV; gr. et lat. ex edit. postrema Isaac. Casauboni. in fol. Lugd. Bat. 1657. edit. opt.

DIOGENES LAËRTIUS, antiquorum philosophorum biographus, sive a patre, sive a patria Laërte, Ciliciae oppido, cognominatus. Praeclare de historia philosophiae meruit, et innumeros veterum scriptorum hodie deperditorum locos nobis servavit; cuius tamen industria magis et diligentia, quam ingenium et iudicii acies laudantur. 210.

P.C.N.

— de vitis, dogmatibus et apophtegmatibus clarorum philosophorum; gr. et lat. c. n. v. et fig. cura M. Meibomii. in 4to. Amst. 1692. Tom. II.

———— gr. et lat. c. fig. aeri incisis a P. D. Longolio. in 8vo. Curiae Regnitianae. 1739. Tom. II.

———— Lib. X. gr. et lat. in 8vo. Lipsiae 1759.

210. AGATHEMER, Geographus, forte temporibus Septimii Severi vixit. In compendiaria geographiae expositione tradit quaedam alibi haud obvia, et Claud. Ptolemaeo plurimum tribuit.

— Geographiae expositionum Libri II. gr. et lat. ex edit. Sam. Tennulii. in 8vo. Amst. 1671.

225. AELIANUS CLAUDIUS. Praenestinus, Sophista et Historicus. Audivit Pausaniam Rhetorem, et quamquam fines patriae suae, Italiae, vix unquam egressus esset, Graecorum tamen et graecae eloquentiae fuit amantissimus, et magnam inter suos obtinuit nominis atque eloquentiae atticae famam. Caelebs ultra LX. aetatis annum vixit. Multa collegit, et ex Athenaeo, Aristotele aliisque haud pauca ad verbum descripsit.

— varia historia, gr. et lat. c. n. v. ex edit. Perizonii. in 8vo. Lugd. Bat. 1701. Tom. II. uno vol.

——— gr. et lat. c. n. integr. var. et interpr. Iust. Vulteii, ex edit. Abr. Gronovii. in 4to. Lugd. Bat. 1731. Tom. II. edit. opt.

— de natura animalium Lib. XVII. gr. et lat. c. ani. madv. Conr. Gesner, ex edit. Abr. Gronovii in 4to. Lond. 1744. Tom. II. edit. opt. rar.

229. DIO CASSIUS, qui et Cocceius vel Cocceianus audit, Nicaeensis Bithynus, genere nobili or-

P.C.N.

tus, Historicus et hoc anno Cos. iterum. Res Latinorum Romanorumque, inde ab adventu Aeneae in Italiam usqe ad Alexandrum Sever. et quidem ad secundum consulatum suum, dicendi genere oratorio persecutus est, cum patre Cassio Aproniano, qui Ciliciae praefuit, in Cilicia versatus. Postea in Italiam venit, Romae causas egit et in Senatum lectus, varios gessit honores, anno CCXXIX. secundum Consul creatus. Tempore consulatus exacto, quod pedibus laborabat, venia in patriam revertendi ab Imperatore impetrata, reliquum vitae ibi transegit. Tempora diligenter adnotavit, fontes optimos sectatus, ad cognoscendum reipublicae et Imperii Romani statum perutilis.

—— Historia Romana; gr. et lat. cum adnot. Henr. Valesii, Io. Alb. Fabricii ac aliorum. ex edit. Herm. Sam. Reimari. in fol. mai. Hamburgi. 1750. Tom. II. edit. opt.

HERODIANUS, Alexandrinus, Grammaticus et Historicus insignis. Res in orbe romano gestas, ab obitu M. Aurelii Aug. usque ad initia principatus Gordiani III. Aug. exposuit. In publicis etiam officiis versatus, historicis optimae notae adcensendus est, in notatione temporum minus diligens. Eloquentiae laudem concionibus meruit, quas historiae immiscuit, et quae a brevitate, acumine, et sententiarum gravitate, commendantur. 238.

—— Historiae sui temports Libr. VIII. gr. et lat. c. n. Boecleri. in 8vo. Argent. 1662.

—— gr. et lat. ad optimor. Codd. fidem recognit. et emend. praemissa est M. Antonini Philos. vita a Io. Xiphilino conscripta. in 8vo. Edimburg. 1724.

P.C.N.

——— gr. et lat. recogn. et. not. illustrat. ex interpr. Angeli Politian. in 8vo. Basileae. 1781.

——— gr. et lat. e recens. H. Steph. c. variet. lection. trium Codicum MSS. nova Bergleri vers. c. n. et ind. verb. ac. rer. ex edit. Th. Guilielmi Irmisch. in 8vo. Lipsiae. 1789. Tom. III.

252. PLOTINUS, Lycopolitanus, Ammonii Saccae philosophi discipulus, magister Porphyrii, in nonnullis platonicus, in plerisque eclecticus. Cum Imperatore Gordiano ad philosophiam Persarum et Indorum pernoscendam in Persiam profectus, illo circa Mesopotamiam interemto, Antiochiam cum vitae discrimine evasit, inde Romam venit, et ibi docendo scribendoque magnam nominis famam consecutus est. Gallieni Imperatoris gratia inprimis floruit, ab eo tamen impetrare non potuit, ut collapsa quaedam in Campania urbs, cum circumiacente regione ipsi et amicis legibus Platonis regenda traderetur. Neglecta vero valetudinis cura, in anginam incidit, et pedibus manibusque ulceratis in putredinem abeuntibus, ab amicis derelictus, in agro Zethi veteris discipuli in Campania obiit. Perplexus nimis et obscurus, abstrusarum opinionum sectator.

—— Opera omnia; gr. et lat. cum interpr. Marsilii Ficini. in fol. Basileae, ex offic. Petr. Pernae. 1580.

——— ex vers. et c. comment. Marsilii Ficini, in fol. 1540. ap. Io. Soter.

267. LONGINUS DIONYSIUS, Philosophus eclecticus, et Rhetor, apud Zenobiam, Palmyrae (post Odenathen eius maritum, hoc anno occisum) dominam, gratia florens, magister Porphyrii.

P.C.N.

Athenis forte natus, multas urbes regionesque adiit, Athenis, Romae et aliis in locis doctissimos audivit rhetores et philosophos, Ammonium inprimis Saccam et Origenem. Mox criticae et eloquentiae studio se totum tradidit, ea nominis celebritate, ut spirans bibliotheca, et vivum museum diceretur. Tandem Palmyram evocatus, Zenobiae suo exitio a consiliis fuit; haec enim ab Aureliano Imp. victa captaque, Longinum tanquam consiliorum suorum auctorem, prodidit victori, qui eum statim occidi iussit.

— de sublimitate commentarius, gr. et lat. ex edit. Tollii. c. n. v. et vers. gall. Boilavii. in 4to. Trai. ad Rh. 1694. rar.

——— gr. et lat. ex edit. tertia Zach. Pearce. in 4to. Glasguae. ap. R. et Foulis. 1763.

——— gr. et lat. recens. n. et animadv. adiec. Io. Toupius. c. emendationib. Dav. Ruhnkenii. in 4to. mai. Oxonii, e typogr. Clarendoniana. 1778. ed. opt.

——— Traité de sublime, ou du merveilleux dans le discours, traduit du gr. avec des remarques par Boileau. in 8vo. inter ei. opp. Tomo IV.

——— gr. et lat. in fol. mai. Parmae, typis Bodonianis. 1793. cor. turc. r. deaur. splendidiss. edit.

ACHILLES TATIUS, Alexandrinus, Astronomus et scriptor eroticus, incertae aetatis. Cl. Saxio sub Claudio II. sive Gothico vixisse videtur. Si Suidae fides est habenda, primum fuit idolorum cultor, tum ad castra Christianorum transiit. Ingenio nimis abundat et interdum lascivit. Bourdelotius simiam Heliodori vocat in praef. ad Heliodor. 267.

P.C.N.

— de Clitophontis et Leucippes amoribus Libr. VIII. gr. et lat. ex edit. Cl. Salmasii. in 12mo. Lugd. Bat. 1640. cor. vir. turc. ed. opt. et rar.

——— gr. et lat. c. var. lect. notisq. Salmasii, Carpzovii, Bergert, et suis illustravit B. Gottl. Laur. Boden. in 8vo. Lipsiae. 1776.

——— gr. et lat. textum recognovit et var. lect. adiecit Chr. Guil. Mitscherlich. in 8vo. Biponti. 1792.

280. PORPHYRIUS, proprio Syriaci oris nomine, Malchus; ortu fuit Bataneotes, ut credibile est Tyrius, discipulus Plotini et Longini, philosophus pythagoreo platonicus, et mathematicus. Adolescens Origenem audivit; postea Athenas se contulit, inde Romam venit, et Plotini suasu, quod atra bile laborans mortem sibi consciscere aliquando cogitabat, Roma relicta in Siciliam profectus est, ibique contracta cum Probo quodam amicitia cultus christiani disciplinam acerbe oppugnavit, et ad pravas superstitiosasque gentilium opiniones asserendas, fabulis poëtarum subtilius interpretandis operam dedit. Sub finem vitae Romam rediit, ibique septuagenario maior obiit.

— de antro Nympharum, cum. animadvers. R. M. van Goens, et diss. Homerica ad Porphyr. in 4to. Traiect. 1765. Access. Eiusdem de abstinentia ab esu animalium Libr. IV. c. n. v. ex ed. Iac. de Rhoer. in 4to. Traiect. ad Rh. 1767.

— de vita Pythagorae; gr. et lat. cum Iamblico in 4to. Amst. 1707.

298. ALCYPHRON, Rhetor et Sophista, iudice Cl. Saxio, forte his temporibus alligari potest; cuius epistolae umbram scholamque sophistae redolent.

Epi-

P.C.N.

— Epistolae; gr. et lat. c. n. et vers. St. Bergler. in 8vo. Lipsiae. 1715,

——— gr. et lat. ad editionem St. Bergleri accuratissime impressae. in 8vo. Trai. ad Rh. 1791.

TIMAEUS, Sophista et Grammaticus. Sub finem seculi III. vixisse videtur, cuius memoria obscura admodum est. Studio Platonis incensus, tentavit difficultatem, quae ex glossis in Platone intelligendo nascerentur, minuere, et teste Cl. Ruhnkenio multi Platonis loci rectius quam ante, per illum intelliguntur, multaeque lectiones ab ingeniosis hominibus perperam sollicitatae, egregie confirmantur. 298.

— Lexicon vocum platonicarum, ex edit. Ruhnkenii. in 8vo. Lugd. Bat. 1789.

AUCTORES GRAECI

A

CONSTANTINO M. IMPERATORE, USQUE AD CONSTANTINOPOLIM A TURCIS EXPUGNATAM.

IAMBLICHUS, Philosophus platonicus, pythagoricae praeterea, aegyptiacae et chaldaicae philosophiae non ignarus, Anatolii et Porphyrii discipulus, Chalcidem Coelesyriae urbem habuit patriam. Ob eruditionem, afficta miracula, vitae probitatem et in tradendis philosophiae suae arcanis simplicitatem, clarus apud suos et honoratus fuit. Multa surripuit praeceptori suo Porphyrio, et aequales discipulosque suos, quos multos habuit, fraude theurgicae virtutis, mire decepit; ad accura- 310.

P.C.N. tam tamen philosophiae orientalis intelligentiam, per multum facit.

— de Mysteriis Aegyptiorum, Chaldaeor. Assyrior. gr. et lat. in fol. Venetiis apud Aldum. 1497. cum aliis. opusculis philos. rar.

——— gr. et lat. c. not. Th. Gale. in fol. Oxonii. 1678.

— in Nicomachi Geraseni Arithmeticam Introductionem, et de Fato, gr. et lat. c. n. Sam. Tennulii in Iamblichum, et explicat. Ioach. Camerarii in Nicomachum. in 4to. Arnhemiae. 1668.

— de vita pythagorica. c. n. Lud. Kusteri. Accedunt: Porphyrius et Anonymus apud Photium de vita Pythagorae. c. n. L. Holstenii et C. Rittershusii. in 4to. Amstel. 1707.

310. HELLADIUS Besantinous, Aegyptius, Grammaticus, vixit tempore Licinii et Maximiani.

— gr. et lat. in 4to. Ultrai. 1688. rar.

— Chrestomathiae, cum interpretat. lat. et not. Ioan. Meursii. gr. et lat. in fol. in Thesauro Ant. graec. Gronov. Tomo X.

315. APHTHONIUS, Rhetor et Sophista Antiochenus, incertae aetatis. Hermogenis progymnasmata II. in IV. dispescendo distinctius proposuit et exemplis illustravit.

— cum Hermogene et Dionysio Longino, graece ex edit. Fr. Porti Cretensis. in 8vo. ap. Io. Crispin. 1570.

— Progymnasmata; gr. et lat. in 8vo. Lugd. Bat. ap. Abr. Commel. 1626.

315. THEON Alexandrinus, cognomine Aelius, Rhetor et Sophista; quo tempore vixerit, incertum est. Ea, quae Hermogenes atque Aph-

thonius tradiderunt, luculentius explicat et illustrat.

—— Progymnasmata, gr. et lat. in 8vo. Lugd. Bat. 1626.

LIBANIUS, Sophista Antiochenus, ex familia nobili ortus, Zenobii Sophistae Antiocheni discipulus. Varia fata Athenis, Nicomediae et praesertim Constantinopoli habuit. Iuliani Imp. gratia floruit, multorum doctorum christianorum, quos Patres vocant, magister, quantumvis ipse antichristianus. Post Imperatoris Galli obitum, ab anno 354. in urbe patria reliquum vitae transegit, et annum aetatis LXXX. attigisse videtur. Atticae dictionis atque elegantiarum et concinnitatis inprimis studiosus fuit, magnamque nominis gloriam nactus est. 354.

—— Orationes, declamationes et dissertationes morales; gr. et lat. ex edit. Morelli, in fol. Parisiis. 1606-1627. Tom. II. rar.

———— VI. gr. et lat. a Iac. Gothofredo editae, quae in Libanii operibus non inveniuntur, c. n. Iac. Gothofredi, in fol. Lugd. Bat. 1733. inter eiusd. opp. iur. min.

———— IV. et Epistolae quaedam; gr. et lat. in I. A. Fabricii Bibl. gr. Tomis VIImo. et VIIIvo.

———— XVII. gr. et lat. ex edit. Ant. Bongiovanni, in 4to. Venetiis. 1754.

—— Epistolae; gr. et lat. ex edit. c. vers. et not. Io. Chr. Wolffii, in fol. mai. Amst. 1738.

ARISTAENETUS Nicaeensis, Bithynus, Libanii familiaris, et cum eo frequenti litterarum necessitudine iunctus, tremore telluris nicomediensis A. Chr. 358. oppresus, interiit. 354.

P.C.N.

— Epistolae, gr. et lat. in 8vo. Parisiis. 1610.

——— c. vers. lat. et not. Iosiae Mereeri, ex edit. Io. Corn. de Pauw. in 8vo. Trai. ad Rh. 1737.

——— cum coniecturis ineditis varior. ex edit. Fr. Lud. Abresch, in 8vo. Zwollae. 1749.

354. HARPOCRATION (Valerius) Alexandrinus, seu Rhetor seu Grammaticus, auctor Lexici X. oratorum graecorum. Libanio aequalis fuisse videtur, tum quod ex Athenaeo nonnulla descripsit, tum quod credibile est, eum ipsum esse, quem Libanius singulari epistola commendavit Aristaeneto, exemplo epist. 367. pag. 181. ed. Wolff.

— Lexicon decem Oratorum; gr. et lat. ex edit. N. Blancardi, c. n. et animadv. Phil. Iac. Maussaci et H. Valesii, in 4to. mai. Lugd. Bat. 1683.

357. MAXIMUS BYZANTINUS, Epirota, Philosophus, Astrologus et Sophista, magister Iuliani Imper. diversus a Maximo Ephesio, itidem Iuliani praeceptore.

— Poëma de electionum auspiciis; gr. et lat. in I. A. Fabricii Bibl. gr. Tom. VIII.

— de obiectionibus insolubilibus eludendis; gr. et lat. in I. A. Fabricii. Bibl. gr. Tomo IX.

360. IULIANUS (Flavius Claudius) Imperator, cognomine Apostata, Philosophus, Historicus et Orator. A patruo Constantino M. christianis quidem doctoribus traditus fuit, sed Athenis, ex consuetudine cum Maximo Ephesio philosopho aliisque gentilibus, et ex lectione librorum Libanii, amorem philosophiae eclecticae, atque theurgiae non minus, quam odi-

P.C.N.

um doctrinae christianae, imbibit. Caesaris dignitatem adeptus, cultum deorum palam professus est, et religionem christianam, clausis christianorum ludis variisque aliis artibus, exstirpare studuit, de quibus elegans exstat inter opuscula Iac. Gothofredi dissertatio. Vulnere in proelio contra Persas accepto, periit; cuius splendidum ingenium, aliaeque virtutes, vitia et crudelitatem erga Christianos paene aequabant.

—— Opera omnia, Orationes et Epistolae; gr. et lat. ex edit. Ezech. Spanhemii, in fol. Lipsiae. 1696. c. Cyrilli Alex. Archiep. contra Iulianum Lib. X.

—— Caesares cum Satyra Menippea incastrata P. Cunaei; gr. et lat. in 12mo. Lugd. Bat. ex offic. Iusti Livi. 1652.

—— Epistolae quaedam in editionibus Iuliani hactenus desideratae, gr. et lat. in 4to. in I. A. Fabricii. Bibl. gr. Tomo VII.

—— Les Caesares de l'Empereur Iulien; trad. du gr. par Mr. le Bar. de Spanheim, in 4to. Amsterd. 1728.

—— Defense du paganisme, en gr. et fr. avec. des notes, par le Marquis d' Argens, in 8vo. Berlin. 1767. Tom. II. en un vol.

HIMERIUS, Bithynus, Sophista et Grammaticus. 360.
Anatolii et Proaeresii Sophistarum aemulus. Athenis sedem fixit, ibique scholae rhetoricae praefuit, christianis infensus. In declamationibus Aristidem imitatus est.

—— Eclogae et declamationes, gr. et lat. ex edit. Gottl. Wernsdorffii, in 8vo. Göttingae. 1790.

—— Oratio, qua Athenis Iulianum Imp. excepit, graece in I. A. Fabricii Bibl. gr. Tomo IX.

P.C.N.

362. THEMISTIUS, Philosophus peripateticus, et Orator, propter eloquentiam et oris suavitatem, Euphrades dictus. Paphlago, ex loco ignobili, patrem Eugenium philosophum habuit praeceptorem. Cultor deorum, imperatoribus christianis nihilominus carus; primum Constantinopoli XX. annos docuit, tandem Romam se contulit, iterum reversus. Per XL. annos publicis muneribus et legationibus functus est, a Constantio in senatum cooptatus, et ob panegyricum imperatori dictum aerea statua donatus. Iulianus eum praefectura urbis Constantinopolis ornavit, et Theodosius M. in occidentem profecturus, eius curae et fidei filium Arcadium commisit. In orationibus suis usus est dicendi genere perspicuo et copioso.

— Orationes XXXIII. gr. et lat. ex edit. Dion. Petavii, c. observ. Io. Harduini, in fol. Parisiis. 1684. ex typ. reg. rar.

— Paraphrasis in Aristotelis Posteriora, Analytica, Physica etc. gr. et lat. ex interpret. Herm. Barbari et Mosis Finzii. in fol. Venetiis ap. H. Scot. 1558. et 1560. rar.

362. ORIBASIUS, Pergamenus, aliis Sardianus, Zenonis Cyprii discipulus, Iuliani Imp. archiater, cuius iussu ex medicorum operibus consarcinavit excerpta, quorum magna pars iniuria temporis periit.

— Anatomica ex libris Galeni, gr. et lat. c. vers. lat. I. B. Rasarii, ex edit. Guil. Dundass. in 4to. Lugd. Bat. 1735.

362. DIOPHANTUS Alexandrinus, Mathematicus, arithmeticae analyticae seu algebrae, quam ante se ignoratam scribit, praecipuus auctor.

P.C.N.

— Arithmeticorum Libri VI. gr. et lat. c. comment. G. Bacheti et obs. P. de Fermat, in fol. Tolosae. 1670.

SALLUSTIUS, Philosophus platonicus. Sub Iuliano et Ioviano vixit, dignitate consulis ornatus. 363.

— de Diis et Mundo, gr. et lat. ex edit. Leon. Allatii, in 12mo. Lugd. Bat. 1639.

NEMESIUS, Episcopus emesenus in Phoenicia, ex philosopho christianus, de quo altum est apud veteres silentium. 370.

— de natura hominis, liber unus, gr. et lat. cum adnotationib. in 8vo. Oxonii, e theatro Sheld. 1671.

HELIODORUS LARISSAEUS, incertae aetatis, Mathematicus. 380.

— Capita opticorum, gr. et lat. ex Bibl. Fr. Lindenbrogi, in 4to in librario Heringiano. 1610. rar.

——— ex edit. Ant. Matani, in 8vo. Pistorii. 1758.

AMMONIUS, Grammaticus Alexandrinus, qui eversis iussu Theodosii Aug. per Theophilum, aedibus et simulacris deastrorum, Alexandria aufugit. 389.

— de adfinium vocabulorum differentia, cum aliis Grammaticis; gr. et lat. ex edit. L. C. Valkenaer, in 4to. Lugd. Bat. 1739.

HELIODORUS EMESENUS Phoenix, Episcopus tricensis Thessaliae, aetate iuvenili, scriptor eroticus, modestus et disertus. 390.

— Aethiopicorum Libri X; gr. et lat. ex edit. et c. animadv. Io. Bourdelotii; in 8vo. Lutet. Paris. 1619. rar.

P.C.N.

——— graece, c. animadv. Io. Bourdelotii, et recens. Io. P. Schmidii, in 8vo. Lipsiae. 1772.

— Carmen de Chrysopoeia ad Theodosium Imp. graece, in I. Alb. Fabricii Bibl. gr. Tomo VI.

390. PAPPUS, Alexandrinus, Philosophus et Mathematicus insignis.

— Mathematicae collectiones a F. Commandino inl at. conversae, et comment. illustr. gr. et lat. in fol. Bononiae. 1660. rar.

——— Fragment. Libri II. c. vers. et not. Wallisii, gr. et lat. in 8vo. Oxonii. 1688. cum Aristarcho Samio.

390. THEON Alexandrinus, Mathematicus, pater Hypatiae feminae doctissimae, quae magistra Synesii fuit, et in seditione populari misere laniata periit, diversus ab antiquiore Theone Smyrnaeo.

— gr. et lat. in 4to. Lugd. Bat. 1735.

395. EUNAPIUS, Sardianus Lydus, Proaeresii discipulus, Sophista et Historicus, disciplinae christianae hostis.

— de Vitis Philosophor. et Soph. opera Hier. Commelini. Accesserunt: Eunapii Legationes, gr. ex Bibl. A. Schotti, in 8vo. sub Oliva P. Steph. 1616.

——— gr. et lat. c. interpr. Hadr. Iunii, c. eiusdem Legationibus, in 8vo. 1696. ap. Commelinum, edit. opt. et nitid.

399. HESYCHIUS, Alexandrinus, lexicographus; incertum, christianus, an ethnicus. Multa ex Apollonii Sophistae lexico hausit.

— Lexicon, c. n. v. integris auctis et emendatis, cura Io. Alberti, in fol. mai. Lugd. Bat. 1746. Tom. II.

P.C.N.

LONGUS, Sophista, scriptor eroticus suavissimus, Heliodoro recentior, forte his temporibus floruit. 400.

— Pastoralium de Daphnide et Cloë Libri IV. gr. et lat. ex recens. et animadv. I. B. Casp. d'Ansse de Villoison. 8vo. mai. Parisiis. 1778.

——— graece, c. Proloquio de libris eroticis antiquor. in 4to. mai. ch. levig. Parmae, ex regia typogr. 1786. edit splendidiss.

XENOPHON EPHESIUS, horum forte temporum et Charitonis aequalis, scriptor itidem eroticus. 400.

— Ephesiacorum Libri V. de amoribus Anthiae et Abrocomae, gr. et lat. ex interpr. Ant. Cocchii, in 4to. Londini. 1726.

— de Anthia et Habrocome Ephesiacor. Libr. V. gr. et lat. recens. suppl. emend. lat. vertit, adnotat. viror. doctor. et suis illustravit, et indicib. instruxit Al. Em. L. B. Locella. 4to. Lips. 1796.

CHARITON Aphrodisiensis, Athenagorae nescio cui rhetori a manu, Aphrodisiada Cariae urbe oriundus, nulli veterum commemoratus; incertum, utrum cultui Deorum, vel sacris christianis, addictus fuerit. 400.

— de Chaerea et Callirhoe Narrationes amatoriae, gr. et lat. c. Iac. Phil. d'Orville animadversionibus, in 4to. Amst. 1750.

MOSCHION, Medicus methodicus, forte Coelii Aureliani, aequalis; libellum de mulierum passionibus in gratiam obstetricum graeci idiomatis imperitarum latine scripsit, cuius sola versio graeca sequioris aevi ad nos pervenit, interpolata et multis locis depravata. Diversus est a Moschione antiquiore, cuius Plinius, Tertullianus, Galenus et Aëtius meminerunt. 412.

P.C.N. —— de Mulierum affectionibus Liber; gr. et lat. ex edit. F. O. Dewez ad fidem MS. graeci bibl. caes. Vindob. in 8vo. Viennae. 1793.

420. PALLADIUS ortu Galata, Episcopus primum helenopolitanus, tum asponitanus Evagrii Pontici discipulus. In Thebaidos deserta profectus, totam fere Aegypti regionem peragravit. Huic tribuitur liber de gentibus Indiae et Brachmanibus.

—— de Gentibus Indiae et Bragmanibus. Accesserunt: S. Ambrosius de moribus Brachmanorum, et Anonymus de Brachmanibus; gr. et lat. ex edit. Edoardi Bissaei, in 4to. Londini. 1665. rar.

431. ZOSIMUS, Comes fisci et Historicus, a sacris Christianorum alienus. Exposuit vitas et res gestas imperatorum ab Augusto usque ad initium Sec. V. stilo haud invenusto.

—— Historiae Romanae Libr. VI. gr. et lat. notis illustrati, ex edit. Thom. Smith, in 8vo. Oxonii e theatro Sheldon. 1679.

450. PROCLUS Lycius, discipulus Syriani, eiusdemque in schola atheniensi successor, Philosophus platonicus et Grammaticus. Natus est Constantinopoli; tandem Alexandriae et Athenis mysteria etiam theurgica didicit; Athenis in summa auctoritate vixit, et septuagenario maior vita decessit.

—— Commentariorum in Euclidem Libr. IV. gr. et lat. ex edit. Fr. Barocii in fol. Patavii. 1560.

—— de Sphaera; gr. et lat. in 8vo. Basil. 1561. Accesserunt: Arati Phoenomena; Cleomedes de Mundo; Dionysii Afri descriptio orbis habitabilis; gr. et lat. et Io. Honteri Coronensis Geographia.

—— in 8vo. Basil. 1585. c. iisdem accessionib.

P.C.N.

STEPHANUS Byzantinus, Grammaticus et Geographus, ad scientiam geographiae, mythologiae et antiquitatum urbium, utilissimus scriptor. 470.

—— de Urbibus, gr. et lat. ex edit. Iac. Gronovii. in fol. Amst. 1678.

—— Fragmentum de Dodone; gr. et lat. cum triplici lat. vers. et exercitationibus Iac. Gronovii, in 4to. Lugd. Bat. 1681.

HIEROCLES, Alexandrinus, celebris Philosophus platonicus. Librum de providentia et fato, liberique arbitrii cum divina gubernatione convenientia scripsit, cuius excerpta servavit Photius. Sub nomine eius exstat quoque commentarius in aurea carmina Pythagorae, et circumferuntur facetiae incerta fide. 485.

—— Commentarius in aurea Pythagoreorum Carmina; gr. et lat. Io. Curterio interprete, in 8vo. Londini. 1673. Access.

Aurea Pythagoreorum Carmina, ex interpr. et cum adnot. Marcilii, in 8vo. ibid.

Hierocles de providentia et fato, una cum fragment. eiusd. et Lilii Gyraldi interpret. Symbolor. Pythagorae, notisque Mer. Causaboni ad comment. Hieroclis ibid.

—— Facetiae ibid.

—— Compendium de providentia et fato H. Grotio interprete; gr. et lat. ibid.

—— gr. et lat. cura et not. R. W. S. T. P. in 8vo. mai. Londini. 1742. edit. opt.

MARINUS, discipulus Procli, eius denique in cathedra scholae atheniensis platonicae succes- 485.

P.C.N.

sor, Flavia Neapoli Samariae sive Palaestinae, prope montem Garizim, ortus.

— de vita Procli; gr. et lat. quam altera parte auctiorem dedit cum versione et not. Io. Alb. Fabricius, in 4to. Hamburgi. 1700.

490. AENEAS GAZAEUS, Sophista et Rhetor, ex philosopho platonico christianus.

— et ZACHARIAS MITYLENAEUS de Immortalitate animae et mortalitate universi; gr. et lat. cum animadv. Casp. Barthii, in 4to. Lipsiae. 1655.

— in Biblioth. maxima Patrum, Tomo VIII.

COLUTHUS, Lycopolitanus, Thebaidis in Aegypto urbe Lycopoli ortus, poëta inficetus, et Homeri ineptus imitator; cuius vita ignorantiae tenebris involuta est.

— Raptus Helenae; gr. et lat. c. n. Ioh. Dan. a Lennep. in 8vo. Leoward. 1747.

— gr. et ital. in 4to. mai. Parmae. typ. Bodon. 1795.

518. TRYPHIODORUS Aegyptius, Poëta epicus, eiusdem cum Colutho aetatis atque saporis.

— cum metrica N. Frischlini vers. et not. var. ex edit. Iac. Merrik; gr. et lat in 8vo. 1741.

— Excidium Troiae; gr. et lat. cum interpr. italica Ant. Mar. Salvini; ex rec. Ang. Mar. Bandinii. in 8vo. Florentiae. 1765.

— gr. et ital. in 4to. mai. Parmae typ. Bodon. 1794.

518. QUINTUS vel potius COINTUS (Graecus enim origine non Latinus fuit) CALABER, patria forte Smyrnaeus, Calaber ideo cognominatus, quod a Cardin. Bessarione in Calabria poëma illius repertum fuit. Patriam ipse indicare

P.C.N.

videtur Lib. XII. ubi se Musarum ovibus pascendis Smyrnae operam dedisse profitetur, ovesque suas, id est discipulos fama illustres laudat; unde divinare licet, illum ex numero sophistarum fuisse, et in Ioniae littore scholam non incelebrem habuisse. Rhodomanus et Harlesius ex sapore stili, Coluthi aequalem aut vicinum fuisse, censent.

—— Praetermissorum ab Homero Libr. XIV. graece, c. version L. Rhodomani et adnot. Cl. Dausquei, ex edit. Io. Corn. de Pauw. in 8vo. Lugd. Bat. 1734.

AGAPETUS, Diaconus magnae ecclesiae constantinopolitanae, gratia et auctoritate apud Iustinianum Imp. floruit. 527.

—— Scheda regia praeceptorum de officio boni principis ad Imp. Iustinianum: gr. et lat. c. not. M. Iac. Brunonis. in 8vo. Lipsiae. 1669.

——— gr. et lat. cum Nilo. in 8vo. Franeq. 1608.

AËTIUS, Amidenus, Medicus, Christianus, Comes obsequii sive anteambulonum caesaris fuisse dicitur. Alexandriae artem medicam didicit et sua ex Galeno, Oribasio, aliisque hausit; habet tamen quaedam propria, aut ex veteribus decerpta, quae alibi frustra quaeruntur. Homo fuit superstitiosus, minime confundendus cum Aëtio Arianismi patrono. 530.

—— Librorum medicinalium Libr. VIII. primi, graece, in fol. Venetiis ap. Aldum. 1534. edit. princeps. rariss.

THEOPHILUS, ICtus Constantinopolitanus, Triboniani in digerendo legum corpore collega, Instit. Iustinianearum interpres graecus. Fuit magister scrinii libellorum, scripsit paraphra- 530.

P.C.N.

sim graecam institutionum imp. et commentarios ad priores tres digestorum partes, quorum fragmenta tantum supersunt.

— Paraphrasis graeca Institutionum caesarearum; gr. et lat. c. not. integr. et select. observ. varior. cura et studio Guil. Ott. Reitzii. in 4to. Hagae Com. 1751. Tom. II.

533. PROCOPIUS, Caesareae in Palaestina natus, causarum Patronus et Rhetor constantinopolitanus. A Iustino Seniore duci Belisario datus fuit notarius a litteris secretis, comes atque consiliarius, ut expeditionibus illius interesset, resque ab illo gestas describeret. Cui inter scriptores byzantinos princeps locus conceditur, si ab arcana historia discesseris, quam odio inflammatus scripsit, ut amotionem suam a praefectura urbana ulcisceretur.

— de Rebus Gothor. Persarum ac Vandalorum Libr. VIII. cum Iornande. fol. Basil. 1531.

536. ZACHARIAS, Scholasticus, Mitylenes Lesbi insulae metropoleos Episcopus, Theologus et Philosophus. Primo Alexandriae litteris incubuit, ubi Ammonium philosophum condiscipulum habuit. Synodo constantinopolitanae an. 536. interfuit.

— de Mortalitate universi, gr. et lat. c. animadvers. Casp. Barthii. in 4to. Lipsiae. 1655. cum Aenea Gazaeo.

— de Opificio mundi dialogus Io. Tarino interpr. c. animadv. Casp. Barthii. ibid. c. Aenea Gazaeo.

544. ALEXANDER TRALLIANUS, Stephani filius, celebris Medicus methodicus, a patria Lydiae urbe cognominatus, ultimos vitae annos Romae exegit.

— Libri XII. gr. et lat. c. interpr. et emend. Io. Guinterii. in 8vo Basileae per Henr. Petrum 1556.

STOBAEUS (Ioannes) incertum, quis fuerit, quove tempore vixerit. Ad veri tamen speciem accedit, scriptoribus seculi post C.N. VI. annumerari posse. Quidam Stobis, Macedoniae secundae urbe, ortum et a patria cognominatum fuisse credunt. Cuius Florilegium, propter servata ab interitu veterum fragmenta, magni aestimatur. 550.

— Sententiae ex thesauris Graecorum delectae, gr. et lat. in fol. Aurel. Allobrog. 1609. Access. eiusd. Eclogarum physicarum et ethicarum Libr. II. ibid.

OLYMPIODORUS Alexandrinus, Philosophus peripateticus, Aristotelis commentator, non confundendus cum Olympiodoro Diacono alexandrino, nec cum Olympiodoro platonico, vel alio aegyptio, cuius histor. excerpta edidit Ph. Labbeus inter Eclogas historicor. de reb. byzant. 565.

— in Meteora Aristot. commentarii; item Ioannis Grammatici Philoponi scholia in primum Meteor. Aristot. ex interpr. I. B. Camotii. in fol. Venet. ap. H. Scotum. 1567.

PALLADIUS, Iatrosophista, Medicus Antiochiae, incertae aetatis, sub finem seculi VI. vixisse videtur. 580.

— de Febribus; gr. et lat. c. not. I. St. Bernard. Access. Glossae chemicae et excerpta ex poëtis chemicis. in 8vo. Lugd. Bat. 1745.

AGATHIAS, Myrinaeus, scholasticus, Alexandriae iuri civili operam dedit. Religione christianus, Procopii continuator. 593.

P.C.N.

— de Rebus Gothor. etc. cum Iornande. fol. Basil. 1531.

610. THEOPHILUS, graecus Monachus, Philosophus et Medicus incertae aetatis, circa hoc tempus vixisse videtur.

— de Urinis libellus, gr. et lat. ex edit. T. Guidotii. in 8vo. Lugd. Bat. 1703. Acc. Eiusd. de Excrementis libellus.

— de corporis humani Fabrica. gr. et lat. in Fabricii Bibl. gr. Tomo XII.

630. PISIDES (Georgius) magnae ecclesiae constantinopolitanae Diaconus, Chartophylax et Referendarius, carminum scriptor.

— Opus sex dierum, seu mundi opificium, gr. et lat. et eiusdem de vanitate vitae, ex edit. Fed. Morelli. in 8vo. e typ. H. Commelin. 1596.

670. PAULUS AEGINETA, Medicus systematicus, a patria insula Aegina cognominatus, inventa et experimenta superiorum medicorum in epitomen redegit, suisque observationibus auxit. In chirurgicis potissimum laudatur.

— Libri VII. graece, in fol. Venetiis ap. Aldum. 1528. edit. princeps, lib. rariss.

— ex versione lat. Iani Cornarii. in fol. Basil. 1556.

800. IOANNES ANTIOCHENUS cognomine MALELAS vel MALALA, Sophista scholasticus, fabularum venator. Distinguendus a Ioanne Monacho antiocheno, cuius fragmenta edidit Henr. Valesius, nec confundendus cum Ioanne Cameniata excidii urbis Thessalonicae scriptore, in Leonis Allatii Symmict.

Hi-

P.C.N.

—— Historia chronica; gr. et lat. Accedit: Epistola Rich. Bentleii. in 8vo. Oxonii e theatro Sheld. 1691.

ACHMET sive ACHAMET, Sereimi filius, Oneirocriticorum scriptor. 820.

—— Oneirocritica; gr. et lat c. Artemidoro. in 4to. Lutetiae. 1603. lib. rar.

PHOTIUS, Patriarcha Constantinopolitanus, Tarasii Patriarchae nepos, praeceptor Leonis Sapientis, postea Augusti, Theologus, I.Consultus et Grammaticus insignis, illustribus natalibus oriundus, opibus, ingenio, litterisque abundans, summos ex ordine honores militares, civiles et ecclesiasticos consequutus est. Multa pererudite scripsit, cuius inprimis Bibliotheca pro thesauro infinitae eruditionis habetur. A Basilio Macedone, ipsi propterea infenso, quod ob Michaëlis Imp. caedem acriter ab eo correptus fuerat, throno patriarchali deiectus, et cognatis, familia, amicis, librisque spoliatus, in exilium missus est. 857.

—— Bibliotheca, gr. et lat. in fol. mai. Rothomagi. 1653. lib. rar.

—— Epistolae: gr. et lat. ex vers. Montacutii. in fol. Londini. 1651. lib. rar.

LEO VI. Imp. Philosophus, Orator et carminum scriptor. Filius Imp. Basilii Macedonis, qui Photio moderante tam felices in litteris fecit progressus, ut Sapiens cognominari meruerit. 889.

—— Tactica; gr. et lat. ex edit. Io. Meursii. in 4to. Lugd. Bat. 1612. Est idem exemplar, quod Meursius sua manu d. d. Hadriano Mathenesio.

—— Naumachica; gr. et lat. in I. A. Fabricii Bibl. gr. Tomo VI.

P.C.N.

940. NONUS vel NONNUS THEOPHANES, Medicus constantinopolitanus. Ex aliorum medicorum scriptis Breviarium praeceptorum curationis morborum iussu Constantini Porphyrogeniti, Leonis filii, consarcinavit. Nullam eius in veterum scriptis mentionem sibi occurrisse scribit diligentissimus I. A. Fabricius, nomenque Noni a numero ex ordine nascendi, more apud Romanos haudquaquam inusitato, petitum fuisse hariolatur. Novissimus vero breviarii editor, I. O. St. Bernard suspicatur verum nomen auctoris esse: Nonnus Theophanes; quorum alterum dignitatis est, ut Actuarius Io. Zachariae,

— Epitome de curatione morborum; gr. et lat. c. not. I. O. St. Bernard. in 8vo. Gothae. 1794. Tom. II.

975. SUIDAS, Grammaticus et Lexicographus, incertae aetatis, circa haec tempora scripsisse videtur Cl. Saxio. Lexicon suum ex diversis auctoribus sine delectu et ordine compilavit, in colligendis antiquae historiae monimentis indefessus, et ob servatas multorum veterum memorias locaque, laude iusta haudquaquam privandus.

— Lexicon; gr. et lat. ex edit. Ludolphi Kusteri. in fol. Cantabr. 1705. Tom. III.

990. ETYMOLOGICI, ut vocant MAGNI, auctor incertus, circa haec tempora vocabulorum sermonis graeci causas indagasse et collegisse fertur.

— Etymologicum magnum Marci Musuri; graece, impressum Venetiis, opera Zachariae Calliergi. 1499. edit. princeps, nitidiss. in fol. cor. rubr. deaur. rar.

P.C.N.

——— cum not. et cura Fr. Sylburgii. in fol. ap. Commelin. 1594.

PSELLUS (Michaël) MINOR, Constantinopolitanus, e Consulum et Patriciorum prosapia oriundus, Praeceptor Michaëlis VII Ducae, eiusque, cum imperator esset, amicus, Theologus, I.Consultus, Historicus, Poëta, Philosophus, Mathematicus, Physicus. Nunquam plorasse dicitur. A puero liberaliter educatus, et incredibili ingenii magnitudine, ad quascunque disciplinas instructissimus, multa ac varia scripsit. Ex quibus, an non quaedam philosophica Mich. Pselli maioris, Photii discipuli, et Leonis VI. Sapientis magistri, affinitate nominis indistincta, huic iuniori adscripta sint, difficile est dicere. Iam senex, exauctorato Michaële Duca ipse quoque a Botaniata Nicephoro dignitatibus exutus, monachum induit, et solum vertit, nec multo post, sive senio sive moerore, vitam posuit. 1071.

—— de lapidum virtutibus; gr. et lat. c. n. Ph. Iac. Maussaci, et Io. St. Bernard. in 8vo. Lugd. Bat. 1745.

—— Synopsis legum, versibus iambis et politicis; gr. et lat. ex edit. Fr. Bosqueti, c. observ. Corn. Siebenii. in fol. in Thesaur. Iuris Mermanni Tomo I.

—— ex edit. L. H. Teucheri in 8vo. Lipsiae. 1789.

—— Paraphrasis in Canticum Canticorum Salomon. politicis versib. gr. et lat. in Io. Meursii operibus Tomo VIII.

—— (Iunior) Encomium et officium in Metaphrastem Simeonem; gr. et lat. in I. A. Fabricii Bibl. gr. Tomo VI.

P.C.N.

1071. XIPHILINUS (Ioannes) Trapezuntius, Dionis Cassii non sane satis idoneus epitomator, Ioannis Xiphilini Patriarchae constantinopolitani ex fratre nepos.

— Excerpta e Dione; gr. et lat. ex interpr. Guil. Blanci, cura H. Steph. in fol. ap. H. Stephan. 1592.

1075. SIMEON SETHUS, sive Sethi filius, patria Antiochenus, Medicus constantinopolitanus, et Protovestiarius.

— Volumen de alimentorum facultatibus; gr. et lat. ex edit. Mart. Bogdani. in 8vo. Lutetiae Parisior. 1658.

1117. EUSTRATIUS, Metropolita Nicaenus, Theologus, et Philosophus peripateticus.

— Commentarius in libros posterior. Analyticorum Aristotelis, graece. in fol. Venetiis ap. Aldum. 1534. cum Olympiodoro.

1118. THEODORUS PRODROMUS, Scriptor eroticus et versificator minus festivus.

— Rhodantes et Dosiclis Amor. Libr. IX. gr. et lat. interpret. Gilb. Gaulmino. in 8vo. Paris. 1625. rar.

1160. EUSTATHIUS Constantinopolitanus, primum Monachus, deinceps Magister supplicum libellorum, Rhetor, Diaconus et Archiepiscopus Thessalonicensis, egregius Homeri et Dionysii Periegetis interpres, de cuius laudibus et meritis in expugnatione urbis Thessalonicensis per siculum exercitum vid. Nicetas Choniat. in Andronic. lib. I. cap. IX. Diversus ab Eustathio Patriarcha constantinopolitano, et Eustathio sive Eumathio Macrembolite Aegyptio incertae aetatis scriptore erotico.

P.C.N.

—— Commentarii in Homerum, graece, in fol. Basil. 1560. Tom. III. cum textu Homeri.

———— in V. priores libr. Iliad. c. vers. lat. et notis perpetuis Alex. Politi, additis etiam notis Ant. M. Salvini. in fol. Florentiae. 1730. Tom. III.

EUSTATHIUS vel EUMATHIUS, Macrembolites Aegyptius, magnus Chartophylax, rudis et invenustus Heliodori, Tatii, Longique imitator. Quo tempore vixerit, incertum est. 1160.

—— de Ismeniae et Ismenes Amoribus Libr. XI. gr. et lat. ex edit. Gilb. Gaulmini. in 8vo. Lut. Parisior. 1618. rar.

———— gr. et lat. ex edit. Lud. Henr. Teucheri. in 8vo. Lipsiae. 1792.

SYNESIUS, Medicus incertae aetatis, forte idem, qui inter chemicos graecos recensetur et scholia in librum Democriti ad Dioscorum scripsit. 1160.

—— de Febribus; gr. et lat. cura I. St. Bernard. Acced. Viatici Constantino Africano interprete Libr. VII. in 8vo. Amst. et Lugd. Bat. 1749.

CINNAMUS (Ioannes) Notarius constantinopolitanus, Historicus et Regius (ut se vocat) Grammaticus, Manueli Comneno Imp. a manu et comitatu, cuius scilicet bellicis per Asiam et Europam expeditionibus, quas oculatus testis enarravit, interfuit. Genere dicendi puro et terso Xenophontem imitatus est. 1177.

—— Historiarum Libr. VI. de rebus gestis Ioannis et Manuelis Comnenorum Impp. gr. et lat. ex edit. Corn. Tollii. in 4to. Trai. ad Rh. 1652.

P.N.C.
1271. DEMETRIUS PEPAGOMENUS, Michaëlis Palaeologi Imperatoris Archiater.

— de Podagra; gr. et lat. c. recens. et not. Io. St. Bernardi. in 8vo. Arnhemiae. 1753.

1300. ACTUARIUS (Ioannes) Zachariae filius, Medicus, Archiater aulae constantinopolitanae, cuius patria, parentes et vita ignorantiae tenebris involvuntur.

— Opera; gr. et lat. ab H. Mathisio latine reddita. in 12mo. Lugduni ap. I. Tornaesium. 1556. Tom. III.

— de affect. et act. spiritus animalis; graece, ex edit. Io. Fried. Fischeri. in 8vo. Lipsiae. 1774.

1310. THOMAS MAGISTER sive THEODULUS, Monachus, Grammaticus et Rhetor. Imperante Andronico Palaeologo Seniore fuit Constantinopoli Magister officiorum et Chartophylax; postea in coenobium secessit, et nomen Theoduli assumsit.

— Dictionum atticarum Eclogae; graece, ex edit. Nic. Blancardi, c. animadv. Lamberti Bos. in 8vo Franeq. 1698.

——— gr. et lat. ex edit. Bernardi. in 8vo. Lugd. Bat. 1757.

1310. THEODORUS METOCHITA, magnus Logotheta, Historicus et Philosophus.

— Historia romana; gr. et lat. ex edit. Io. Meursii, c. Nicephori Gregorae oratione in mortem Metochitae. in 4to. Lugd. Bat. 1618.

1314. NILUS CABASILAS, Archiepiscopus Thessalonicensis, causae Graecorum contra Latinos propugnator strenuus.

—— Admonitiones et Agapeti expositio capitum paraeneticorum, sive scheda regia ad Imp. Iustinianum; gr. et lat. illustrat. sacris et profanis testimoniis, ex edit. St. Schoning. in 8vo. Franequerae. 1608. Accessit: Aristotelis de virtutibus et vitiis libellus.

—— de Primatu Papae cum confutatione Caryophylli; gr. et lat. in 8vo. Parisiis. 1626.

PHILES (Manuel) Ephesius, Versificator graecus, ex carminibus suis victum quaerens. 1315.

—— de animalium proprietate, cum Auctuario Io. Camerarii, ex vers. Gr. Bersmanni; gr. et lat. in 4to. Lipsiae. 1575.

—— —— gr. et lat. ex edit. I. Corn. de Pauw, c. vers. lat. Gr. Bersmanni. in 4to. Traiecti ad Rh. 1730.

—— Poëma de Elephante, aliaque poëmatia; graece, in I. A. Fabricii Bibl. gr. Tomo VII.

PLETHO (Georgius) GEMISTUS, Byzantinus, Grammaticus, Historicus et philosophiae platonicae restaurator. Apud Imp. Manuelem Palaeologum multum valuit; concilio etiam Florentino an. 1438. interfuit. Tandem Constantinopolim rediit, et in Peloponneso senex magistratum adeptus est. 1440.

—— Libellus de Fato, eiusdemque et Bessarionis Cardinalis epistolae, una cum Math. Camariotae orationibus II. in Plethonem de Fato, gr. et lat. ex edit. H. Sam. Reimari. in 8vo. Lugd. Bat. 1722.

—— Historiae graecae Libr. II. graece, c. not. H. Gottl. Reichard. in 8vo. Lipsiae. 1770.

P.C.N.

1450. MATTHAEUS CAMARIOTA, Thessalonicensis Philosophus, et Rhetor constantinopolitanus. Captae a Turcis urbi interfuit, et post huius excidium diem obiit supremum.

— Orationes duae in Plethonem de Fato; gr. et lat. ex edit. Reimari. in 8vo. Lugd. Bat. 1722. cum Plethonis libello de Fato.



CLASSIS II.

AUCTORES LATINI

AETATIS AUREAE:

A

BELLO PUNICO II. USQUE AD OBITUM OCTAVIANI

AUGUSTI, a. C. n. 217—p. C. n. 1.

ANNO A.C.N.

Q. ENNIUS, Poëta et Historicus, patria Rudius ex Calabria. Bello punico secundo militavit, postea a Catone Romam deductus, iuvenes Graecorum linguam docuit, propter eruditionem et facetias summis viris acceptus, atque civitate etiam romana donatus. Romanos primus docuit philosophiam Graecorum, poësin epicam et satyram. Scripsit annales urbis Romae et Scipionem carmine heroico, varias tragoedias, comoedias, epigrammata et satyras, quorum fragmenta duntaxat supersunt. 202.

—— **Fragmenta c. n. v. ab Hier. Columna collect. ex edit. Fr. Hesselii. in 4to. Amst. 1707.**

CATO (Marcus Porcius) qui etiam Maior dicitur, ut distinguatur a pronepote Catone Minore Uticensi, censorisque cognomen ob severitatem in censura adeptus est, patria Tusculanus. 202.

A.C.N.

In adolescentia XVII. annos natus stipendia meruit, et bello punico secundo sub Fabio Maximo militavit; mox Quaestor obtigit P. Corn. Scipioni Africano Consuli, cum quo quidem non pro sortis necessitudine vixit. Deinde Aedilis plebis factus est, et Praetor obtinuit provinciam Sardiniam. Consulatum etiam gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem, ex qua triumphum deportavit. Ad extremum censor creatus, ei potestati severe praefuit, atque reipublicae causa multis inde ab adolescentia usque ad extremam aetatem susceptis inimicitiis, nobilitatem maxime exagitavit, et Scipioni Africano inprimis se invisum reddidit, populo contra gratus. Vir, secundum Livium, rigidae innocentiae, et invicti a cupiditatibus animi, sed linguae acerbae et immodice liberae; quo nemo, ut inquit Cicero, in laudando gravior, in vituperando acerbior, in sententiis argutior, in docendo edisserendoque subtilior. Ad summos honores scientia iuris, eloquentiae laude, et rei militaris gloria evectus; habebatur in bello manu fortissimus, in pace iuris reique publicae peritissimus, et in causa oranda eloquentissimus, cui nulla ars, sive privatae sive publicae rei gerendae, defuit. Litteras a teneris impense coluit, graecarum in senectute studiosissimus. Quaestor ex Africa decedens, Q. Ennium, a quo litteras graecas didicit, ex Sardinia Romam deduxit; quod quidem Corn. Nepos in eius vita non minoris existimabat, quam quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum. Fuit praeterea agricola solers, et suo aevo nulli secundus, primusque teste Columella agricolationem romanam la-

A.C.N.

tine loqui docuit. Scripsit Orationes, Origines, sive Hist. Libr. VII, de re item rustica et militari, aliaque, quorum nihil ad nos pervenit, praeter librum de re rustica, et pauca reliquorum fragmenta.

—— de agricultura, sive de re rustica liber, cum fragmentis ex libris originum, de re militari, de moribus, etc. edidit Io. Meursius, cum suis et Ausonii Popmae notis in 8vo. Lugd. Bat. apud Raphelingium. 1598. rar.

M. ACCIUS PLAUTUS, Sarsinas ex Umbria, a 189.
pedum planitiae, Plotus postea Plautus, dictus, lepidissimus poëta comicus, ingenio magis, quam opibus dives. Nam, cum acquisitam comoediis pecuniam augere studeret, infelici mercatura ad incitas redactus, in trusatili mola asinorum vice operam suam locare pistori coactus est; unde forte cognomen Asinii ipsi adhaesit. In inveniendo, fingendo, risu captando, et pingendis hominum moribus artifex ingeniosissimus; stilo utitur perspicuo, si archaismos et vocabula noviter inventa excipias.

—— Comoediae, ex recognitione Iani Gruteri, c. comment. Fried. Taubmanni. in 4to. ap. Zach. Schurerum. 1621.

——— in usum Delphini, c. n. Iac. Operarii. in 4to. Paris. 1679. Tom. II.

——— ex recensione Io. Fr. Gronovii, c. comment. ex var. notis et observationib. in 8vo. Amst. 1684. Tom. II. edit. opt.

——— ex recension. P. Milleri c. eiusd. chrestomathia philologica. in 8vo. Berol. 1755. Tom. III.

——— c. fragm. typis I. Barbou. in 8vo. min. Paris. 1759. Tom. III.

A.C.N.

——— c. comment. not. et observ. var. ex recens. Io. Frid. Gronovii, c. praefat. Io. Aug. Ernesti. in 8vo. Lipsiae. 1760. Tom. II.

——— c. fragmentis deperditarum, quibus access. Comoed. Querolus, nec non Index, in quo obsoleta Poëtae verba explicantur, in 8vo. Patavii. 1764. Tom. II.

——— ad optimas editiones collatae. Acced. index obsoletae latinit. stud. societatis Bipontinae. in 8vo. 1779. Tom. IV.

——— in 8vo. min. Viennae. typ. Schraembl. 1792. Tom VI.

—— nouvelle Traduction par Mr. Gueudeville c. fig. in 8vo. a Leide 1719. Tom. X.

—— Mostellaria, hungarice vertit Alex. Kovásznai. in 8vo. Claudiopoli. 1782. c. Ciceronis hung. versione de senectute.

164. P. TERENTIUS Afer, Poëta comicus, morati dramatum generis princeps, Carthagine natus. Servivit Romae Terentio Lucano Senatori, a quo, ob ingenium egregiasque corporis et animi dotes, mature manumissus est et praenomen accepit. Cum multis nobilibus, maxime vero cum Scipione Africano et C. Laelio, familiariter vixit. Sex comoedias reliquit, in quibus magna est sermonis latini suavitas et nativus quidam lepos, visque comica, ad mores et humanitatem comparata. Potissimum imitatus est Menandrum, Diphilum et Philemonem; dicendi genere, castitate, et fabulae compositione Plautum superat, facetiis ingenioque inferior, quem Grotius quidem tanti faciebat, ut secum semper ferret, et propterea increpatus a viro quodam politico respondit: alia in illo legere pueros, alia viros.

A.C.N.

—— Comoediae, c. comment. Donati et Io. Calpurn. in Heautontimor. in fol. Venetiis. 1492.

——— ex Typographia regia, in fol. Parisiis. 1642.

——— ex edit. Corn. Schrevelii. c. Aelii Donati Comment. integro, et select. Guieti et varior. notis. in 8vo. Lugd. Bat. 1669.

——— ad usum Delphini, interpret. et not. illustr. N. Camus. in 4to. Paris. 1675.

——— ex edit. Tonsoni. in 4to. mai. Cantabrig. 1701.

——— c. emendat. Faërni, notis Fr. Hare et eiusd. Dissert. de metris comic. in 4to. Lond. 1725.

——— c. not. et comment. var. ex edit. A. H. Westerhovii. in 4to. mai. Hagae. 1726. Tom. II. ed. opt.

——— recens. notasque suas et Gabr. Faërni addidit Rich. Bentleius. in 4to. Amst. 1727. c. eiusd. Phaedro.

——— c. n. ad mod. Minellii. in 12mo. Lipsiae. 1738.

——— c. interpret. et not. Ios. Iuvencii. in 8vo. Paris. 1748.

——— c. var. lect. et fig. in 8vo. mai. Lond. 1751. impens. I. et P. Knapton et G. Sandby. Tom. II.

——— ex edit Cocquelini. c. fig. et ital. vers. in fol. mai. Romae. 1767. Tom. II. uno vol.

——— c. interpr. gall. et not. Annae Daceriae, in 8vo. Amstel. 1767. Tom. III. c. fig.

——— in 4to. mai. et ch. levig. Birminghamiae. typ. Io. Baskerville 1772. cor. vir. edit. eleg.

——— c. select. variet. lect. et perpet. annotat. stud. societ. Bipontinae. in 8vo. 1779. Tom. II.

—— Andria, hungarice vertit Alex. Kovásznai. in 8vo. Claudiopoli. 1782. cum Cicer. hung. vers. de senectute et amicitia, etc.

A.C.N.
121. C. LUCILIUS, Satyrographus, patria Suessanus Auruncanus et Eques romanus. Litteras delectationis causa coluit, et romanae satyrae pater nominatur, satyricorum acerrimus, qui neque Diis, neque hominibus pepercit. Cuius satyrarum duntaxat fragmenta supersunt.

—— Satyrarum Reliquiae, c. n. Fr. Ian. Dousae. in 4to. Lugd. Bat. 1597. rar.

——— ex edit. Havercampii, in 8vo. Lugd. Bat. 1743. ad calcem Censorini Havercampii.

78. T. LUCRETIUS CARUS, Eques romanus, ex gente Lucretia, et Philosophus de Epicuri schola acutissimus. A natura ad poëticam et philosophiam factus, ingenioque suo indulgens, contemtis popularibus honoribus, se intra fortunam suam continuit. Scribendi genus, figuras et grandiloquentiam Empedoclis secutus, materiam et res ab Epicuro mutuatus est. Cuius lectio ad ubertatem linguae latinae, ob imagines et descriptiones rerum naturalium multae artis luminibus pictas, plurimum facit. Epicuri sententiam et errores heroico poëmate versibus antiquo sapore conditis explicat. Eodem die, quo Virgilius natus est, obiisse fertur, quo mortis genere, incertum. Alii taedio vitae et aegritudine animi, alii denique furore percitum, in quem Lucilla, sive uxor sive amica, propinato amatorio poculo eum imprudens adegerat, mortem sibi violenta manu conscivisse scribunt anno aetatis LXIII.

—— de Rerum Natura Libr. VI. in 12mo. Amst. 1620.

———— interpr. et not. illustrav. M. Fayus in usum Delph. in 4to. Paris. 1680.

———— ex edit. Tonsoni. in 4to. mai. Londini. 1712. c. fig.

——— c. n. v. ex edit. Havercampii. in 4to. Lugd. Bat. 1725. Tom. II. c. fig. edit. opt.

——— c. v. lect. et fig. in 8vo. min. typis Barbou. Paris. 1754.

——— c. interpr. et not. Thom. Creech. in 8vo. Basileae. 1770.

——— in 4to. mai. Birminghamiae typis Baskerville. 1772. edit. eleg.

——— c. var. lect. et indic. obsol. latinit. stud. societatis Bipontinae. in 8vo. 1782.

— traduit par la Grange. in 8vo. mai. a Paris. 1768. Tom. II.

C. VALERIUS CATULLUS, Veronae claro genere natus, cuius quippe parens, auctore Suetonio, Iulii Caesaris hospitio familiariter usus est. A Mallio Romam deductus, ibi privatam egit vitam, Ciceroni aliisque ob ingenii facilitatem gratus. In Caesarem eiusque vitia acerbe invectus est. Poëta lepidus et prisca suavitate venustus; saepe tamen admistis salibus obscoenus, Sapphonis non infelix imitator. Eruditorum consensu docti cognomen accepit, sive a nequitiis, ut Barthio videtur, sive ex usu illorum temporum, quod docti proprie a Latinis dicerentur carminum auctores, qui non tantum proprio ingenio valerent, sed qui se ad imitationem Graecorum componerent. Ita Ennius a Claudiano, Lucretius a Statio, Pacuvius ab Horatio dicti sunt. In elegiis cedit Tibullo et Propertio, in hendecasyllabis et iambicis reliquis praestat; in epigrammatibus est ingeniosus et Martialem superat. Mortuus est Romae iuvenili admodum aetate, cum annum circiter XXX. aetatis ageret. 62.

A.C.N.

—— Tibullus et Propertius ex recens. Io. Georg. Graevii, c. notis integr. Ios. Scaligeri et aliorum, in 8vo. Trai. ad Rhen. 1680. Tom. II. in uno Vol.

———— c. fig. in 8vo. min. typis Barbou. Paris. 1754.

—— c. n. Isaaci Vossii. in 4to. Lond. 1684.

—— cum Tibullo et Propertio Codex MS. ex Bibl. Mathiae Corvini Reg. Hungariae.

———— ad usum Delphini, interpr. et not. illustravit Phil. Silvius. in 4to. Paris. 1685. Tom. III. Vol. II.

—————— ex edit. Tonsoni. in 4to. mai. Cantab. 1702.

—— c. comment. Vulpii. in 4to. Patavii. 1737.

—— in integrum restitutus ex MSS. c. not. crit. Io. Fr. Corradini de Allio. in 4to. Venetiis. 1738.

—————— in 4to. mai. Birmingh. typ. Baskerville. 1772. edit. eleg.

—————— cum Galli Fragmentis et pervigilio Veneris, studiis societatis Bipontinae. in 8vo. 1783.

—— var. lect. et perp. adn. illustr. a F. G. Doering. in 8vo. Lipsiae. 1788. Tom. II. Vol. I.

—— Tibullus et Propertius, in fol. mai. Parmae, typis Bodonianis. 1794. cor. turc. rub. deaur. edit. splend.

62. CORNELIUS NEPOS, illustrium virorum Biographus, patria Veronensis, et quidem Hostiliae vico Veronensi in Transpadana Italiae parte natus, Ciceronis, Catulli et T. Pomponii Attici amicus familiaris. Scriptor ingenio, studio veritatis, sermonisque pura ac succincta elegantia laudatissimus. In vitis imperatorum cives suos, exemplis Graecorum propositis, ad patriae amorem libertatemque retinendam incitare studuit. A Calisthene liberto venenis corruptus obiit.

Vi-

A.C.N.

—— Vitae excellentium Imperator. graecor. interpr. et not. illustr. Nic. Courtin in usum Delph. in 4to. Paris. 1675.

———— observationibus et notis Commentatorum, quotquot hactenus innotuere, illustr. cum iconibus Imperator. aeri incisis. in 8vo. Lugd. Bat. 1675.

———— c. notis integr. Gebhardi, H. Ernesti et Bosii, et selectis aliorum. ed. Aug. van Staveren. in 8vo. Lugd. Bat. 1734.

———— ex recens. et c. not. crit. I. M. Heusingeri. in 8vo. Isenaci. 1747.

———— c. fig. et animadv. Aug. van Staveren. in 12mo. Lugd. Bat. 1755.

———— cum interpr. gallica, curante P. Millero. in 8vo. Berolini. 1756.

———— cum animadv. Aug. van Staveren cura Harlesii, qui et suas et Kappii notas adiecit. in 8vo. Erlangae. 1774.

———— ex edit. Christoph. Cellarii et Th. Christoph. Harlesii. in 8vo. Claudiopoli. 1780.

———— ad optimas edit. collatae, c. notitia literaria, stud. societ. Bipont. in 8vo. 1782.

———— Acc. Chronolog. Impp. Graeciae ab Andr. Schotto concinnata. in 8vo. min. Paris. typ. Barbou. 1784.

M.T.CICERO, huius anni Consul, Philosophus, Historicus, Rhetor et Orator summus. Arpini genere nobili ortus est, cuius oppidi cives ad conservandam tanti Municipis memoriam M. T. C. litteris in sigillo publico utuntur. Post patrem ab Archia poëta litteris eruditus, Athenis etiam, quo valetudinis causa concesserat, philosophiae operam dedit. Actionem, sive corporis eloquentjam a Roscio, ius civile 61.

A.C.N.

a Q. Mucio Scaevola didicit. Lysiae, Isocratis et Demosthenis orationes, ad maiorem veramque eloquentiam sibi comparandam, e graeco in latinum convertit, et carmen Arati interpretatus est. Philosophiam cum eloquentia egregie coniunxit. Romae cum immortali nominis sui gloria causas frequenter egit, et omnes honores, qui a cive romano peti poterant, Consulatum denique, qui illi ob detectam Catilinae coniurationem aeque gloriosus ac periculosus fuit, nactus est. Ob nimiam in reis puniendis severitatem, non modo in Clodii hominis sceleratissimi aliorumque invidiam incurrit, sed etiam patria expulsus et fortunis spoliatus est, sequenti anno tandem, oppressis inimicis, cum summa dignitate Romam revocatus et restitutus. In bello civili Pompeio favebat; quo devicto, in gratiam cum Caesare rediit, post huius interitum defensor libertatis acerrimus. Hinc odium Antonii suumque interitum sibi contraxit. Vir splendido ingenio, artis dicendi peritus, in republica administranda prudens et callidus, bonus civis, laudis tamen cupidissimus, eruditionis suae iactator, in rebus secundis elatus, in adversis timidus. Multa, praesertim iam senex, cum republica vexata in otio viveret, commentatus est, et in omni paene litterarum genere, Graecorum similis esse voluit. Stilum vero semper rei et tempori accommodavit; disertus, facundus, et copia verborum ita affluens, ut iure suo romanae eloquentiae Parens dici meruerit. Iussu Antonii ab Herennio Centurione, praecisis capite et manu, qua philippicas orationes in Antonium scripserat, trucidatus est anno aetat. LXIV.

A.C.N.

—— Opera omnia c. integr. notis P. Victorii, I. Camerarii, F. Ursini et selectis aliorum, ex recens. Isaaci Verburgii. in 4to. Amstelod. 1724. Tom. IV.

——— ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1748. Tom. VIII.

——— c. delectu commentar. edidit I. Olivetus. in 4to. Genevae. 1758. Tom. IX.

——— ex recens. I. N. Lallemandi c. adnotationib. in 8vo. min. Paris. ap. Barbou. 1768. Tom. XIV.

——— c. indicib. et var. lect. in 4to. max. Oxonii, e typ. Clarendoniana. 1783. Tom. X. edit. splendidiss.

——— ad opt. edit. collata stud. societ. Bipontinae; praemitt. vita ex Plutarcho, et notitia litter. in 8vo. 1780—1787. Tom. XIII.

—— Orationes ad usum Delphini, interpr. et not. illustravit P. Car. de Merouville S. I. in 4to. Paris. 1684. Tom. III.

—— Epistolae ad Familiares, ad usum Delphini interpr. et not. illustravit Philib. Quartier. in 4to. Paris. 1685.

—— Libri oratorii, ad usum Delph. illustr. I. Proust. in 4to. Paris. 1687.

—— Opera philosophica, ad usum Delph. interpr. et notis illustr. Franc. l'Honoré. in 4to. Paris. 1689.

—— Orationes et Epistolae, c. n. v. ex recens. Io. Georg. Graevii. in 8vo. Amst. 1699. Tom. XV.

—— Opera philosophica c. n. integr. v. ex recens. Io. Davisii, c. eiusd. animadv. in 8vo. Cantabr. 1745. Tom. VI.

—— Rhetoricorum Libri IV. ad Herennium c. n. v. curante P. Burmanno. in 8vo. Lugd. Bat. 1761.

—— de Officiis, Amicitia, Senectute et Paradoxa c. comment. Petri Marsi, Omniboni-Leoniceni Vicentini et Mart. Philelthici, in fol. Venetiis. 1484. Eiusd.

A.C.N.

Epistolae ad Familiares c. comment. Hubertini Clerici Crescentinatis ibid. 1484.

——————— c. n. v. ex edit. Graevii. in 8vo. Amst. 1688. Tom. II.

—— in M. T. Ciceronis Philosophiam de vita et morib. Institutio Iasonis Denores Nobilis Cyprii; c. integris S. Rachelii in officia Ciceronis comment. et Ulr. Obrechti schediasm. in Somn. Scip. supplementi loco ad Officia Cic. edidit Ioach. Meier. in 8vo. Lipsiae. 1721.

—— de Officiis in 8vo. Glasguae ap. Foulis. 1757.

——— ex edit. Oliveti Parisiis vulgata. in 8vo. Londini. ap. T. Payne. 1791.

—— Epistolar. ad Familiares Libr. XIV. ex edit. Cortii. in 8vo. Lipsiae. 1749.

——— selectarum Libr. III. in 8vo. Debrecini. 1767.

—— Orationes selectae. in 8vo. Debrecini. 1767.

—— Historia Philosophiae antiquae; ex Ciceronis aliorumque locis illustravit Fried. Gedike in 8vo. Berolini 1782.

—— Abhandlung über die menschlichen Pflichten übersetzt von Chr. Garve, mit philosoph. Anmerkungen. in 8vo. Breslau. 1783. Tom. IV. in II. Vol.

—— Tusculane, sur le mépris de la mort, traduite par d'Olivet, avec des remarques de M. Bouhier. in 8vo. à Paris. 1732.

—— Pensées de Ciceron, par l'Abbé d'Olivet. in 8vo. à Paris. 1777.

—— de Senectute, Amicitia, Paradoxa et Somnium Scipionis; hungarice vertit Alex. Kovásznai, in 8vo. Claudiop. 1782.

—— Somnium Scipionis; hungarice vertit. F. I. Miller. M. Varad. 1780.

A.C.N.

TERENTIUS VARRO, Togatorum eruditissimus, Philosophus et Grammaticus, Ciceronis familiaris, postea bibliothecis graecis et latinis, a Caesare imperium adepto, praeesse iussus. Iuvenis castra secutus est, et turbulentis reipublicae temporibus a partibus stetit Pompeii; quo devicto mature Caesari se dedit. Tandem ab Antonio omnibus fortunis multatus, procul a patria exul, iam ultra LXX. annos natus delituit, et sub Augusto Romam rediit. 61.

—— Opera; c. notis Ios. Scalig. et aliorum cum fragment. in 8vo. Durdrechti. 1619. rar.

—— c. fragm. et notis, Augustini, Turnebi, Scaligeri et Popmae. Bipontini. in 8vo. 1788. Tom. II.

C. IULIUS CAESAR, antiqua stirpis nobilitate fulgens, romanum fastigium a lege libertatis ad ius imperii transtulit; Imperator et belli dux peritissimus, Historicus, Poëta et Orator, eloquentia doctrinaque non minus, quam incredibili ingenii animique vi et rerum gestarum magnitudine, clarissimus. Cui scilicet uni contigit praeclare dicere, quae agebat imperatorie. Fuit patria Romanus, primum quidem causarum Patronus, deinde post varios honores, victo Cn. Pompeio, et deleta Romanorum libertate, Dictator perpetuus et Imperator. Originem suam ab Anchise et Venere deducere voluit. In Curia a coniuratis confossus, periit anno aetat. LVI. et post cruentam mortem consecratus est. Primus a caeso matris utero, Caesar dictus, auctore Plinio VII. 9. Scriptor est prudens, sagax, purus, ex quo, praeter prudentiam militarem, nativa etiam linguae romanae indoles optime co- 57.

A.N.C.

gnosci potest. Temporis quoque descriptionem emendavit, et Periodus Iuliana ab eo nomen tulit. Bibliothecas praeterea publicas, conquisitis undique codicibus graecis et latinis, instituit, illisque Varronem praefecit.

—— Opera ex emend. Io. Scaligeri. in 12mo. ap. Elzevir. 1635. edit. genuin. et rar. cor. turc. rubr. deaur.

———— quae exstant, c. veteri interprete graeco libror. VII. de bello gallico, cura Gothofr. Iungermannii. in 4to. Francof. 1669.

———— ad usum Delphini, interpret. et not. illustravit Io. Godvinus. in 4to. Lutet. Paris. 1678. rar.

———— ex recens. Io. Davisii, c. eiusd. animadv. et not. var. Accessit: Metaphrasis graeca libror. VII. de bello gallico. in 4to. Cantabrig. 1706.

———— ex edit. et c. adnotationib. Sam. Clarke, tab. aen. ornat. in fol. mai. Londini. typ. Iac. Tonson. 1712. exemplar splend. cor. rubr. russ. deaur.

———— c. animadv. integr. Vossii, Davisii et c. Iul. Celso de vita ac reb. gestis Iul. Caes. ex musaeo Io. Georg. Graevii. in 8vo. Lugd. Bat. 1713. Tom. II. uno Vol.

———— cum Comm. Hirtii aliorumque et not. var. cura et st. Oudendorpii. in 4to. Lugd. Bat. et Rotterd. 1737. edit. opt.

———— c. vers. gallica ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1748.

———— in fol. Glasguae. 1750. ap. Foulis. edit. eleg.

———— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1755.

———— stud. soc. Bipont. in 8vo. 1782. Tom. II.

———— c. Tab. aen. excud. M. Ritchie et I. Sammells. in 8vo. mai. Londini. 1790. ap. Payne Tom. II.

A.C.N.

C. SALLUSTIUS CRISPUS, Historicus, Amiterni in Sabinis genere, ut videtur, ignobili ortus. Adolescens, ut litteris, ita quoque libidini, luxuriae, avaritiaeque se dedit; postea tamen acerrimus in libris suis vitiorum seculi sui insectator et virtutum praeco. Numidiae praefectus ingentes opes, incolis exhaustis, corrasit, et in patriam dives rediit, vitam in otio, cum macula infamis avaritiae, laute acturus. Hinc a Numidis accusatus est, quod cum scriptis suis in eos, qui ex provinciis quaestum fecissent copiosa et acerba oratione inveheretur, vita tamen ab istis haud differret. Thucydidem imitatus, eleganti, acuto, concisoque dicendi genere usus est et hominum, de quibus egit, mores et vitae rationem vivis coloribus depinxit. Odium tamen partium, digressiones, et frequentes archaismos, historiae atque antiquitatis periti vituperant. 42.

— Opera, quae exstant. in 12mo. Florent. ap. Iuntam. 1513.

——— in 12mo. Lugd. Bat. 1634.

——— in usum Delphini per Dan. Crispinum. in 4to Paris. 1674.

——— c. n. v. integr. et select. Acced. Ian. Melleri Palmerii Spicilegia. in 8vo. Amst. 1689.

——— cum Iulio Exsuperantio, Porcio Latrone, Fragmentis vett. Hist. et Const. Felic. Durantino de coniuratione Catilinae, cum comm. Gottl. Cortii in 4to. Lipsiae. 1724. Tom. III.

——— c. n. int. et select. v. Accedunt: Iulius Exsuperantius, Porcius Latro, et Fragmenta Historicor. c. n. integr. v. cura et stud. Sigeb. Havercampii, in 4to. Amst. Hagae Com. et Ultraiect. 1742. Tom. II. edit. opt

A.C.N. ———— ex recens. Gottl. Cortii. in 8vo. Glasguae ap. Foulis. 1751.

———— ex edit. P. Milleri cum accessionib. in 8vo. Berol. 1751.

———— ex edit. Ibarrae c. vers. hisp. et fig. eleg. in fol. min. Madriti. 1772. rar. et splend. edit.

———— et L. Annaeus Florus. in 4to. mai. Birminghamiae typ. Baskerville. 1773. ed. eleg.

———— c. fig. in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1774.

———— varietate lect. notulisq. select. auct. stud. soc. Bipont. in 8vo. 1779.

———— c. recens. noviss. vers. hisp. in 8vo. max. Berolini. 1790. ch. max. levig. edit. nitidiss.

———— Histoire de la Republique romaine, traduite du latin et composée sur les fragmens, par Ch. de Brosses. in 4to. mai. Diion. 1777. Tom. III.

41. PUBLIUS SYRUS, Mimographus, ex Syria oriundus, conditione servus, deinde propter urbanitatem ingenii manumissus, cui in certamine poëtico, quod cum Laberio iniit, Caesar palmam dedit.

—— Sententiae. in 8vo, Berolini. 1753. cum Phaedro, aliisque Phaedri editionib. et in corpore poëtarum latinorum.

———— c. n. Iani Gruteri, in 8vo. Lugd. Bat. 1727. cum L. A. Senecae Sententiis.

39. P. VIRGILIUS MARO, ex ignobili vico prope Mantuam, qui Andes dicebatur, ortus, per eminentiam Latinorum et veri nominis Poëta. Cremonae primum litteris eruditus, deinde an. aetat. XVII. sumta virili toga, Mediolanum et paulo post Neapolim transiit graecis et latinis

A.C.N.

litteris operam daturus; quibus excultus, se in urbem contulit, et in gratiam Maecenatis ipsiusque Augusti insinuavit. Hinc agraria largitione a Veteranis Augusti, Andino suo patrimonio excussus, non solum agrum amissum recuperavit, sed magnis praeterea beneficiis, liberalitate Augusti et Maecenatis cumulatus est, divitiarum magis quam honorum cupidus. In Bucolicis Theocritum, in Georgicis Hesiodum, in Aeneide Homerum imitandos sibi proposuit. In omni poëseos genere latinorum poëtarum princeps habetur.

— Opera, c. comment. vett. Grammaticor. in fol. ex Officina Ascensiana. 1512. rar.

——— c. comment. Frid. Taubmanni curante Chr. Taubmanno in 4to. ap. Zach. Schurerum. 1618.

——— argumentis, explicat. et not. illustrat. a Io. Lud. de la Cerda. in fol. Colon. Agrip. 1628. Tom. III. rar.

——— ex Typograph. regia. in fol. Paris. 1641.

——— ex edit. Ogilvii, cum 103. tab. aen. quibus delineandis et incidendis operam dedere clari artifices W. Hollar, W. Faithhorne, P. Lombart et alii. in fol. Londini. 1663. rar.

——— ex recens. N. et D. Heinsii. in 12mo. ap. Elzevir. 1678. edit. castigatiss. et rar.

——— c. n. var. integr. et selectiss. Quib. acced. observ. Iac. Emmenessii cum indice Erythraei. in 8vo. Lugd. Bat. 1680. Tom. III. rar.

——— c. not. et interpr. Car. Ruaei in usum Delphini. in 4to. Paris 1682.

——— ex edit. Tonsoni. in 4to. mai. Cantabrigiae. 1701.

A.C.N.

——— c. integr. comment. Servii, Philargyrii et Pierii, recens. Pancr. Masvicius in 4to. Leovard. 1717. Tom. II. c. fig.

——— ex recens. Heinsii in 12mo. Amst. ap. H. du Sauzet. 1724.

—— Codex antiquissimus, qui Florentiae in bibliotheca Mediceo-Laurentiana adservatur, in 4to. typ. Mannianis Florentiae descriptus. 1741.

—— Opera c. n. et comment. var. cura P. Burmanni. in 4to. Amst. 1746. Tom. IV.

——— cum graecis Scriptorib. collatus, cura F. Ursini ex ed. C. Valkenarii. 8vo. Leovard. 1747.

——— in 8vo. mai. Londini. 1750. impens. I. et P. Knapton et Guil. Sandby. Tom. II. c. fig. plurim.

——— ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1753.

——— in 4to. mai. Birminghamae typ. Baskerville. 1757. edit. prima, elegantiss.

——— ex antiquis moniment. illustrata et typis aeneis excusa, cura, studio et sumtibus Henr. Iustice. in 8vo. 1765. Tom. V.

——— ex Cod. Mediceo Laurentiano descripta, ab Ant. Ambrogi italico versu reddita, adnot. var. lect. et antiquissimi Cod. Vaticani fig. eruditorumque dissertationibus illustrata in fol. Romae. 1763. Tom. III.

——— in fol. Glasguae. 1778. edit. splendidiss.

——— ex edit. Bipont. in 8vo. 1783. Tom. II. access. Manilii Astronomicon cum notitia litter.

——— variet. lect. et perpetua adnot. illustrata a Chr. Gottl. Heyne in 8vo. Lipsiae. 1789. Tom IV. ch. mai. holland. script. edit. opt.

——— ex emend. R. Fr. Ph. Brunckii, ch. levig. in 4to. mai. Argentor. 1789. editio nitore typographico et cura in vera lect. reddenda commendanda.

A.C.N.

——— typ. I. Barbou. in 8vo. min. c. fig. Paris. 1790. Tom. II.

——— typ. Bodonianis in fol. mai. ch. levig. Parmae. 1793. Tom. II. Specimen elegantiae typographicae omnib. numeris absolutum.

Picturae antiquissimae virgiliani codicis vaticani, a Petro S. Bartoli aeri incisae. in 4to. mai. Romae. 1782.

CAESAR OCTAVIANUS Augustus, Princeps eruditus, ingenio scriptisque illustris, gloriae cupidus. Variis artibus summum imperium consecutus est. Amavit, beneficiisque ornavit homines doctos, praesertim commendante Maecenate poëtas, nominis illius adulatores et praecones. Sub eius principatu floruerunt litterae atque ingenia; quod quidem non tam illius imperii felicitati, quam superioris aetatis, praecipue Ciceronis studio atque disciplinae tribuendum est. Summos et divinos honores accepit, atque inter Deos tutelares oppidatim coli voluit, Divi filius, Augustus, et Pater Patriae adpellatus. Varia scripsit, tam ligata quam soluta oratione, quorum fragmenta duntaxat hodie supersunt. 29.

—— Scriptorum Fragmenta, Genus et temporum notatio, curante I. A. Fabricio. in 4to. Hamburg. 1727.

M.VITRUVIUS POLLIO, Architectonices magister, Romanus fuit et sub Caesare stipendia meruit. Augustus eum praefecit curae machinarum bellicarum et publicorum aedificiorum, in quo munere Romam reddidit splendidissimam. Quibus parentibus, et ubi natus, quando denique mortuus sit, non constat. 29.

A.C.N. — de Architectura Libr. X. c. not. et obs. int. Philandri, et excerpt. Salmasii et Barbari. Acced. Lexicon et Scamilli impares Vitruv. a Bernard. B. Urbinate, cum dissert. de pictura et sculptura ex edit. Io. de Laet. in fol. Amst. 1649. edit. opt.

26. ALBIUS TIBULLUS, Eques romanus et tersae elegantiae Poëta, parentibus ex equestri ordine bello et pace illustribus Romae natus. Comes fuit M. Valerii Messalae Corvini in expeditione aquitanica, qui assiduis officiis eum fovit. Caeterum privatus vixit, pacem et rus bello praetulit. Horatium quoque Flaccum et Macrum poëtam familiariter dilexit. Animi impetus et adfectiones egregie exprimit, vere et vivide pingit. Catullo castior, Propertio simplicior.

— et PROPERTIUS, c. n. v. in 8vo. Traiecti 1680. Tom. II. vol. I. c. Catullo eiusd. edit.

—— ad usum Delph. interpr. et not. illustravit Phil. Silvius. in 4to. Paris. 1685. Tom. III. Vol. II. c. Catullo eiusd. edit.

—— ex edit. Tonsoni. in 4to. mai. Cantabr. 1702. cum Catullo eiusd. edit.

— c. n. Brouckhusii. in 4to. Amst. 1708.

— Codex MS. ex Bibl. Mathiae Corvini Regis Hungariae, in 4to.

— e Codice MS. Budensi regio, per Sam. Köleséri edit. in 8vo. Claudiopoli. 1727.

— c. comment. Vulpii. in 4to. Patavii. 1749.

—— in 4to. mai. Birminghamae typis Baskerville. 1772. c. Catullo eiusd. edit. eleg.

— cum Libro quarto Sulpiciae et alior. novis curis

A.C.N.

castig. Chr. G. Heyne. in 8vo. Lipsiae. 1777. ed. opt.

——— ex edit. Bipont. in 8vo. 1783. cum Catullo eiusd. edit.

——— in fol. mai. Parmae, typ. Bodonian. 1794. cum Catullo, edit. splendidiss.

SEXT. AURELIUS PROPERTIUS, ex Mevania 24. Umbriae oppido. Patrem equestri dignitate ornatum, in tenera aetate amisit; postea divisione agrorum ab Augusto facta, bonis etiam privatus Romae vixit, ob ingenii comitatem Maecenati et Corn. Gallo maxime acceptus. Ovidium quoque, Tibullum et Bassum inter principes amicos coluit. Summa in eo est eruditionis poëticae copia et varietas. Callimachum praesertim imitatus, se ipsum Romanorum Callimachum vocare non dubitavit.

—— c. n. v. in 8vo. Traiecti. 1680. Tom. II. Vol. I. cum Catullo et Tibullo eiusd. edit.

—— ad usum Delph. interpr. et not. illustr. Phil. Silvius. in 4to. Paris. 1685. Tom. III. Vol. II. cum Catullo et Tibullo eiusd. edit.

—— ex edit. Tonsoni. in 4to. mai. Cantabr. 1702. c. Catull. et Tibull.

—— ex edit. Brouckhusii. in 4to. Amst. 1702.

—— c. com. Vulpii in 4to. Patavii. 1755. Tom. II.

—— in 4to. mai. Birminghamae, typ. Baskerville. 1772. cum Catull. et Tibull. ed. nitidiss.

—— c. comment. perpet. P. Burmanni Secundi et n. var. ex edit. Laur. Santenii. in 4to. mai. Trai. ad Rh. 1780. ed. opt.

—— ex edit. Bipont. in 8vo. 1782. c. Catull. et Tibull.

—— in fol. mai. Parm. typ. Bod. 1794. c. Cat. ed. splend.

A.C.N.
15. Q.HORATIUS FLACCUS, Venusinus, lyricus et satyricus Poëta, libertino patre natus in Apulia, qui eum Romam deduxit, atque Orbilio disciplinis expoliendum tradidit, ubi parcissimis eruditus impensis, angustias patris ingenio vicit. Interfecto Caesare, quum respublica vexaretur, Athenas profectus est, studio philosophiae et artium delectatus. Bello philippensi sub Bruto tribunus militum meruit, Musis tamen magis fidus, quam Marti. In amicitiam Maecenatis ob amoenum ingenium receptus, huius commendatione etiam apud Augustum gratia plurimum valuit. Ad res venereas intemperantior fuisse traditur. Vitam privatam curis muneribusque publicis praetulit, vixitque in secessu ruris sui Sabini aut Tiburtini. In carminibus suis animi passiones, earumque latebras callide investigat, verba motibus animi apta adhibet, de rebus arduis graviter, et quando genio indulget, iocose atque amoene scribit; elegantia et urbanitate ingenii, verborumque lepore nulli poëtarum sive graecorum sive latinorum secundus, in arte poëtica vero doctor unice audiendus. In odis imitatus est Pindarum, Alcaeum et Sapphonem; epitheta sumsit ab Homero et Sophocle; in libro Epodon secutus est Archilochum, in satyris Ennium, et Lucilium, omnesque vitae rationes in his ita complexus est, ut si ab obscoenis discesseris, cum in vita ipsa, tum in sermone magno usui esse possint.

—— Opera, c. comment. Acronis, Porphyrionis, Landini et Ant. Mancinelli. in fol. Venetiis. 1495.

———— c. comment. Acron. Porphyr. Mancinelli et

A.C.N.

Ascensii, c. adnot. Matth. Bonfinis et Aldi Manutii. in fol. Paris. 1528.

——— c. comment. Dion. Lambini et M. Bruti in 4to. Venetiis. 1566. apud P. Manutium Aldi fil. nitida et rara edit.

——— c. comment. Iac. Cruquii. in 4to. Antverp. ex Offic. Plant. 1578.

——— c. comment. Dion. Lambini et A. Turnebi. in fol. Paris. ap. Macaeum 1579. Tom II.

——— c. comment. XL. Grammaticorum in fol. Basileae. 1580. rar.

——— c. comment. Lacv. Torrentii. in 4to. Antverp. 1608.

——— in fol. ex typogr. reg. Paris. 1642.

——— c. comment. var. et scholiis integr. Io. Bond accurante Corn. Schrevelio. in 8vo. Lugd. Bat. et Roterod. ex offic. Hackiana. 1670.

——— in usum Delphini c. not. et interpr. Ludov. Desprez. in 4to. Paris. 1691. Tom. II.

——— c. not. et interpret. L. Desprez. in 8vo. Amst. 1695.

——— c. Io. Rutgersii lectionib. Venusinis cura P. Burmanni. in 12. Trai. Bat. 1699.

——— ex edit. Iac. Talboti. in 4to. mai. Cantabr. 1699. apud Tonson.

——— ex recens. et c. not. Bentleii in 4to. Amst. 1713.

——— c. emend. et observ. Alex. Cuningamii. Accedunt: Cuningamii animadversiones in Rich. Bentlei notas et emendat. in 8vo. Londini. 1721. Tom. II. in uno vol.

——— Studio Sanadonis. in 12mo. Lutet. Paris. 1728. Acces. Pervigilium Veneris, c. tradet not. gall. in 12mo. Paris. 1728.

A.C.N.

——— aeneis tabulis incisa. in 8vo. Lond. per I. Pine. 1733—37. Tom. II. cor. turc. rubr. deaur.

——— en latin, traduites en françois par M. Dacier et le P. Sanadon, avec des remarques critiques, historiques et geographiques, de l'un et de l'autre. in 8vo. à Amst 1735. Tom. VIII.

——— c. var. lect. D. Heinsii. in 12mo. Amst. 1743.

——— in 8vo. Glasguae. 1744. editio errorum typographicor. expers, et propterea vulgo immaculata dicta. rar.

——— c. fig. aeri incisis. in 8vo. mai. Londini, ap. Sandby et Knapton. 1749. Tom. II.

——— in 8vo. Glasguae. 1750. ap. Foulis. cor. rubr. turc. deaur.

——— Operum Pars VI. c. nova paraphrasi I. P. Anchersen. in 8vo. Hafniae. 1752.

——— c. scholiis veterib. et not. G. Baxteri, var. lect. et observ. addidit I. M. Gesner. in 8vo. Lipsiae. 1752. ch. reg.

——— c. interpr. ac notis Iuvencii. in 12mo. Paris. 1754. Vol. II.

——— les Poesies traduites en françois, avec des remarques et des dissert. par Sanadon. in 8vo. a Amst. et Leip. 1756. Tom. VIII.

——— c. interpr. et not. ad usum Universitatis Braydensis, in 8vo. Venetiis. 1756. Tom. III. uno vol.

——— ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1761.

——— c. not. Iuvencii. in 8vo. Coloniae. 1763.

——— c. not. Bondii. in 8vo. Aurelianis. 1767.

——— ad fidem LXXVI. Codicum. Accedunt: I. Synopsis chronol. rer. rom. vivente Horatio. II. Tractatulus de metris Horatianis. III. Variae LXXVI. codicum lectiones. IV. Phrasium subdifficilium enucleat.

A.C.N.

cleat. V. Lexicon Mytholog. hist. et geograph. VI. Dictionarium latino—gallicum vocum Horatianarum ex edit. Ios. Valart. in 8vo. Paris. 1770.

——— Collatione scriptorum graecor. illustrat. ab H. Wagnero, cum praefatione Chr. Adolph. Klotzii. in 8vo. Halae. Magd. 1770.

——— in 4to. Birminghamae typ. Baskerville. 1770. c. fig. ch. levig. edit. nitidiss.

——— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1775.

——— c. adnot. gallicis L. Poinsinet de Sivry. in 8vo. Paris. 1777. Tom. II.

——— c. perpet. adnot. M. C. D. Iani. in 8vo. Lipsiae. 1778. Tom. II. ch. script. cor. turc. vir.

——— c. n. Iuvencii et Anonym. in 8vo. Londini. 1781.

——— ex edit. Bipont. in 8vo. 1783.

——— curante Ier. Iac. Oberlino, c. var. lect. ex IV. Codd. MSS. Argent. ch. levig. in 4to. mai. Argentorati. 1788. edit. nitidiss.

——— typis maioribus Bodonianis, in fol. mai. ch. levig. Parmae. 1791. Specimen elegantiae typographicae omnibus numeris absolutum.

——— c. n. v. ex edit. Car. Combe in 4to. Lond. ap. Browne et Warren. 1792. Tom. II. ch. levig. ed. opt. et elegans.

——— in 4to. mai. Parmae. typ. Bodonianis. 1793. ch. levig. ed. splend.

—— Briefe und Satyren mit histor. Einleitungen und Erlaeuterungen von C. M. Wieland. in 8vo. mai. Leipzig. 1790. Tom. IV.

Emblemata Horatiana Oth. Vaeni carmine lat. germ. gallic. et belgico illustr. c. fig. in 8vo. mai. Amst. 1684.

A C.N.

15. M.VERRIUS FLACCUS Grammaticus, Praeceptor Caii et Lucii Caesarum, conditione libertus, docendi arte maxime inclaruit. Ad excitanda discentium ingenia, aequales inter se committere solebat, proposita materia, de qua scriberent, et praemio quod victor auferret. Tandem ab Augusto erudiendis eius nepotibus praefectus est, et in palatium transiit. Senectute confectus, desiit vivere sub Tiberio.

—— Reliquiae et Fasti romani ex marmorearum tabularum fragmentis illustrati, cura et studio P. F. F. in fol. mai. Romae. 1779. c. fig.

13. P. OVIDIUS NASO, Sulmonensis, Poëta, ex ordine equestri natus. Romae et Athenis operam dedit litteris; poëseos amore a pueritia mire flagravit. Cogente patre iurisprudentiae etiam operam dedit, et Romae Triumvir capitalis, Decemvir, Iudexque privatus fuit; sed cum forum displiceret, post obitum patris, omnibus muniis publicis se abdicavit, et angustum clavum lato praetulit, ut mansuetioribus Musis se addicere, genioque suo indulgere posset. Ingenio miraque in effundendis suavissimis versibus elegiacis facilitate Augusti gratiam promeruit, qua tandem accidit, quod rem silentio premendam imprudens forte vidisset, et Tomos ad laeva maris Euxini relegatus est. Ubi ab incolis Ponti multis honoribus adfectus, exactis in exilio VIII. annis, aetatis sexagesimo vivere desiit. In carminibus est ingeniosus, elegans, facilis et mollis; in amatoriis petulanter lasciviens.

——— Metamorphosis, c. integr. Raph. Regii enarrationibus. in fol. Venetiis per Sim. Ticinensem 1493.

A.C.N.

—— Opera omnia, c. n. N. Heinsii. in 12mo. Amst. ap. Elzevir. 1661. Tom. III. rar.

——— ad usum Delphini not. et interpr. illustr. D. Crisp. in 4to. Lugduni. 1689. Tom. IV.

——— cum integr. N. Heinsii, lectissimisque var. not. studio Borch. Cnippingii, in 8vo. Amst. 1702. Tom. III.

——— c. n. v. curante P. Burmanno. in 4to. Amst. 1727. Tom. IV. edit. opt.

——— curante Io. P. Millero. in 8vo. Berol. 1757. Tom. IV.

——— typis I. Barbou. in 8vo. min. Paris. 1762. Tom. III.

——— c. notit. litteraria stud. societ. Bipont. in 8vo. 1783. Tom. III.

——— Metamorphosis c. n. Iuvencii in 8vo. Rom. 1704. Tom. II.

P.CORNELIUS SEVERUS, Poëta, Ovidii aequalis, iuvenis decessit, versificator, quam poëta melior. 13.

—— Aetna et quae supersunt, fragmenta, c. n. et interpr. var. et Petri Bembi Aetna in 12mo. Amst. 1703. cum Albinovano.

GRATIUS FALISCUS, Poëta, natione Italus, in terris Faliscorum gente obscura et servili conditione natus, a domino suo divite venationi praefectus fuisse videtur. Primus Romanorum ausus est artem venaticam carmine explicare; ab elegantia tamen et suavitate aequalium poëtarum longe abest. 13.

—— Cynegeticon cum poëmatio cognomine M. A. Olympii Nemesiani; not. perpet. et var. lect. adornauit

A.C.N.

Th. Iohnson. Accedunt: Hier. Fracastorii Alcon, Io. Caii Angli de canibus libellus et opuscul. vetus de cura canum, gr. et lat. in 8vo. Londini. 1699. edit. opt.

7. T. LIVIUS, Patavinus, cultissimus, uberrimusque rerum romanarum scriptor. Patavii natus, Romae postea Claudii Imp. studia moderatus est. Ab Augusto aequo ingeniorum aestimatore et cultore, in familiaritatem receptus, multis beneficiis cumulatus fuit, quo mortuo, in patriam rediit, ibique placido in otio vixit, et septuagenario maior obiit. Scriptor sublimi et lactea sermonis ubertate, latinorum historicorum facile princeps.

—— II. libris auctus, c. L. Flori Epitome et annotatis in Libr. VII. belli maced. in fol. Moguntiae, in aed. Io. Schefferi. 1518. Editio princeps secundae aetatis et ob insignes accessiones memorabilis.

———— cum adnot. et chronolog. H. Glareani, emendat. Laurent. Vallae, et A. Sabellici notulis. in fol. Paris. ex offic. M. Vascosani. 1543.

—— Historiarum libri, qui supersunt, c. n. var. cura Iac. Gronovii. in 8vo. ap. Elzevir. 1679. Tom. III. rar.

———— ad usum Delphini interpr. et not. illustravit Io. Duiatius, c. supplementis Freinshemii. in 4to. Paris. 1679. Tom. V. Vol. VI.

———— recensuit et not. illustr. I. B. L. Crevier, cum supplementis. in 4to. Paris. 1735. Tom. V. ed. eleg.

———— c. supplementis Freinshemii, cura Arn. Drackenborchii. in 4to. Lugd. Bat. et Amst. 1738. Tom. VII. ed. opt.

———— c. n. v. ex edit. Iac. Gronovii. in 8vo. Basileae. 1740. Tom III.

A.C.N.

——— ex recensione Ruddimanni. in 8vo. min. Edinburg. 1751. Tom. IV. editio castigatissima, eodemque cum immaculata editione Horatii loco habenda.

——— curante P. Millero. in 8vo. Berol. 1751. Tom. III.

——— ex recens. I. N. Lallemand. in 8vo. min. Parisiis ap. Barbou. 1775. Tom. VII.

——— c. notit. litt. stud. societ. Bipont. in 8vo. 1784. Tom. XIII.

—— Fragmentum anecdoton ex schedis vetustiss. Bibl. Vaticanae, c. schol. M. Giovenazzii. in 4to. mai. Romae. 1773.

C. PEDO ALBINOVANUS, distinguendus ab eo, cuius meminit Horatius I. Ep. VIII. Familiaris Ovidii fuit; reliqua de eius vita ignorantur. 7.

—— Elegiae III. et fragmenta, c. interpr. et not. var. in 8vo. Amst. 1703. access. P. Cornelii Aetna.

C. IULIUS HYGINUS, cognomine Polyhistor, praefectus bibliothecae palatinae, natione Hispanus, Augusti libertus, et Ovidii familiaris. An vero idem sit, qui Hyginus Mythographus, incertum est; apud hunc enim occurrunt non pauca parum latina, et sequioris aevi faeces redolentia. Pauper fuit, Caii Licinii liberalitate ad vitae finem sustentatus; cuius scripta a veteribus memorata interierunt. 6.

—— Fabulae et Astronomicon, cura Schefferi. in 8vo. Amst. 1674. Exstant etiam inter Mythographos latinos Munckeri et Corn. van Staveren.



P.C.N.

AUCTORES LATINI

AETATIS ARGENTEAE

AB

AUGUSTI EXCESSU AD TEMPORA ANTONINI PII:

POST CHRISTUM NATUM 1—161.

8. MARCUS MANILIUS, Philosophus et carminis astronomici auctor, cuius nulla apud veteres exstat memoria. Romanus tamen fuisse videtur, etsi R. Bentleius suspicetur eum fuisse ex Asia peregrinum, tum ex singulari eius quorundam verborum constructione, tum quia nusquam apparet ipsos Romanos hisce artibus adeo mature operam dedisse. Augusti temporibus floruit, et primus Romanorum de sideribus carmen scripsit. Hipparchum atque Aratum sequutus fuisse videtur. In doctrina astronomiae saepe halucinatus, opinioni vulgari nimium indulsit, et fati astrologici defensor exstitit. Splendet quidem in eo poëtae ingenium; a formulis tamen parum latinis et obscuro dicendi genere, sibi, res abditas docere potius quam ornare cupienti, semper cavere non potuit. Scaliger in prolegom. ad Manil. et Barthius in adversar. multis laudibus eum cumulant. Andromedae certe descriptio Lib. V. acutae et nervosae orationis luminibus exornata est.

— Astronomicon, c. n. Ios. Scaligeri et alior. in 4to. Argent. 1655.

—— cum interpr. et not. M. Fayi in usum Delphini. in 4to. Parisiis. 1679. c. fig.

——— ex recens. et cum notis R. Bentleii in 4to. Londini. 1739. ed. splend.

——— ex recens. R. Bentlei, c. select. var. et propr. not. M. Eliae Stoeber. in 8vo. mai. Argentor. 1767.

——— et M. T. Ciceronis Aratea, c. interpr. gallica et not. ex edit. Al. G. Pingré. in 8vo. mai. Paris. 1786. Tom. II. in uno vol.

——— in 8vo. ex edit. Bipont. 1783. c. Virgilio.

CAESAR GERMANICUS, Aug. Imp. nepos, Drusi filius, cognomen a devictis Germanis sortitus, variorum carminum auctor, inprimis Arati Phaenomenorum haud infelix interpres, nec tamen eloquens. Praestantissimis ingenii virtutibus formaque et fortitudine egregia Romanorum omnium gratiam sibi conciliavit, eoque in suspicionem odiumque Tiberii incurrit, qui eum Antiochiae per Pisonem Syriae praefectum veneno sustulit. 8.

——— Phaenomena Aratea, c. fig. in Hug. Grotii syntagmate Arateorum. in 4to. Lugd. Bat. 1600.

——— in 8vo. inter carmina familiae caesareae, ex edit. Schwartzii. Coburgi. 1715.

P. RUTILIUS LUPUS, Rhetor, de cuius aetate non una est hominum eruditorum sententia. A Quinctiliano, Gorgiae (cuius epitomator est) aequalis vocatur, qui sub Ciceronis senectutem vixit, et Cel. Ruhnkenio circa hunc annum floruisse videtur. Stilus certe Rutilianus nequaquam vulgaris est, sed aevo et eruditione vere romanum scriptorem arguit. 16.

——— de figuris sententiarum et elocutionis Libr. II. ex edit. D. Ruhnkenii. Accedunt: Aquilae Romani et Iulii Rufiniani de eodem argumento Libri. in 8vo. Lugd. Bat. 1768.

P.C.N.
29. VELLEIUS PATERCULUS, Historiae romanae auctor, sed Augustae Tiberianaeque domus servilis assentator. Patria fuit Romanus ex nobilissima gente Neapolitanorum. Finita equestri militia, dignitatem quaestoriam et praetoriam consecutus est. Nimium adulando se in gratiam Seiani et Tiberii Imp. insinuavit. Post interitum Seiani, Tiberio suspectus, de gradu honorum deiectus, et probabiliter interfectus. In signandis hominum ingeniis incomparabilis est, stiloque utitur florido et eleganti.

—— ex edit. Lipsii. in fol. Antverp. 1648. cum Tacito Lipsii.

—— ad usum Delph. interpr. et not. illustravit Rob. Riguez. in 4to. Paris. 1675.

—— c. integr. schol. notis et var. lect. doctorum, curante P. Burmanno. in 8vo. Lugd. Bat. 1744.

—— curante I. P. Millero. in 8vo. Berol. 1756.

—— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1777.

—— c. integr. animadv. doctorum, curante D. Ruhnkenio. in 8vo. Lugd. Bat. 1779. Tom. II. ed. opt.

—— c. Henr. Dodwelli annalib. Velleianis, stud. soc. Bipontinae. in 8vo. 1780.

29. M. ANNAEUS SENECA, Cordubensis Hispanus, Rhetor, pater L. Annaei Senecae philosophi, equestri ordine insignis, sed doctrina litterisque longe nobilior, homo incredibili memoria, acrique iudicio. Ex decem causarum civilium libris, quibus auctorum graecorum et latinorum Augusti seculum illustrantium, acute in declamando inventa, dicta, sententias, divisiones, colores congesserat, et inter se

P.C.N.

contulerat, vix quinque, ne hi quidem integri, sed corrupti passim mutilique, supersunt. Stilus est concisus, gravis, et more causidicorum argutus.

—— et L. A. SENECAE Philosophi opera, ab A. Schotto castigata et expleta, c. not. I. Petreii, Iureti, Florentis et Mureti atque coniect. Lipsii. in fol. ap. Commelin. 1603. rar.

———— c. n. int. Lipsii et I. Fr. Gronovii. in 8vo. Amst. 1672. Tom. III. ed. opt.

—— ex edit. Bipontina. in 8vo. 1783.

VALERIUS MAXIMUS, patria Romanus, genere patricio natus. Adolescens litteris operam dedit, sub Sexto Pompeio in Asia stipendia meruit, sub Tiberio vitam privatam egit. Adulator Tiberii, et verborum sententiarumque adfectator; genere dicendi utitur tumido et declamatorio. 33.

—— Factorum et dictorum memorabilium Libr. IX. in 8vo. Venetiis apud Aldum. 1514.

———— c. n. v. ex edit. Thysiis. in 8vo. Lugd. Bat. 1670.

———— in usum Delph. per P. I. Cantel. 4to. Parisiis. 1679.

———— c. n. v. ex edit. Abr. Torrenii. in 4to. Leidae. 1726. ed. opt.

———— ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1753.

———— c. notitia litteraria stud. soc. Bipontinae in 8vo. 1783.

A. CORNELIUS CELSUS, domo Romanus, vir doctissimus. Non ipse quidem medicus, ut opinantur multi, de arte tamen medica cultis- 37.

P.C.N. sime omnium scripsit, unde vulgo medicorum Cicero audit. Ingenio magis, quam origine notus, et ab elegantia puritateque sermonis commendandus.

— de Medicina Libr. VIII. ex edit. Th. I. ab Almeloveen. in 8vo. Lugd. Bat. 1746.

——— c. n. v. ex recens. Leon. Targae. Acced. I. L. Bianconii diss. de Celsi aetate, et G. Matthiae lexic. Celsianum. in 4to. Lugd. Bat. 1785. Tom. II. uno Vol. edit. opt.

——— c. notit. litter. stud. soc. Bipontinae. in 8vo. 1786.

— de sanitate tuenda, c. comment. Lommii, ex edit. Ios. Eyerel. in 8vo. Vindobonae. 1794.

48. T. PHAEDER, Thrax, Aug. Octaviani Caesaris vel Tiberii libertus, elegantissimus apologorum latinorum scriptor, cuius praeter Martialem et Avianum vix quisquam veterum meminit. Ipse in monte Pierio, in quo Musas genitas fuisse et commorari putarunt veteres, se editum gloriatur in praef. lib. III. Parentes quos habuerit, haud constat. Casu potius, quam nascendi sorte servus factus esse credi potest. Negligens opum, gloriam ex litteris sectatus est. In fabulis plerisque imitatus Aesopum, Seiani inprimis sub Tiberio cuncta pro libidine gerentis mores et flagitia, sub involucris fabularum, quia aperte non licebat, suamque calamitatem, exposuit. In fingendo ingeniosus, in eloquendo facilis, tersus; consilia vitae dedit saluberrima, stilo simplici, eleganti, et vere latino, flosculis quibusdam poëticis adspersis.

P.C.N.

—— Fabularum Aesopicar. Libr. V. not. perpet. illustr. et cum integris alior. observat. in lucem editi a Io. Laurentio. in 8vo. Amst. 1667.

——— ad usum Delph. interpr. et not. illustravit Petr. Danet. in 4to. Parisiis. 1675.

——— c. n. Dav. Hoogstratani, et fig. eleg. in 4to. mai. Amst. 1701. edit. splend.

——— c. n. v. ex edit. P. Burmanni. in 8vo. Traiect. 1718.

——— Publii Syri et aliorum Sententiae; ex recens. et c. not. R. Bentleii in 4to. Amst. 1727. cum Terentio Bentleii.

——— c. comment. P. Burmanni. in 4to. Leidae. 1727.

——— et Aviani Fabulae c. adnot. Accedunt: Fabulae graecae latinis respondentes, et Homeri Batrachomyomachia. in 12mo. Patavii et Bassani. 1745.

——— ex edit. P. Milleri. in 8. Berol. 1753.

——— ex recens. Alex. Cunincamii. Accedunt: Publii Syri et alior. vett. sententiae. in 8vo. Edinb. 1757.

——— ad exemplar Burmann. recensuit, suasque adnotat. adiecit I. M. Heusinger. in 8vo. Isenaci. 1772.

——— c. selectis varior. notis, et suis observationibus edidit Io. G. S. Schwabe. in 8vo. Halae 1779. Part. III. uno Vol.

——— c. not. et supplem. G. Brotier. Accesserunt fabulae parallelae Io. de la Fontaine. in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1783.

——— ex edit. Bipont. in 8vo. 1784.

T. PETRONIUS ARBITER, ortu Massiliensis, ut aiunt, Eques romanus, Proconsul Bithyniae. Sub Nerone Consul creatus, et elegantiae arbiter, id est qui luxum et festivitates aulae regat et moderetur, adsumtus est. Invidia tan- 48.

P.C.N.

dem Tigillini aemuli crudelitatem principis, cui ceterae libidines cedebant, experiri debuit; quam, ut callidus evitaret, timoris aut spei moras ultra non ferens, incisis sibi venis, lenta sed voluntaria morte, hilaris iocansque periit. Vir praestanti ingenio, pronus ad libidinem et luxuriam, alienus tamen a flagitiis; diem per somnum, noctem vero officiis et oblectamentis vitae transigebat. Corruptos seculi sui mores, Claudiani et Neroniani aevi infelicitatem, artium professorum, artificum aliorumque inertiam, nequitiam et lasciviam in satyrico perstrinxit, quod tamen sive hominum ambitiose tristium religione, sive descriptorum socordia, mutilum et detruncatum ad nos pervenit. Incorrupta in eo est latini sermonis, non morum, integritas, et sale facetiisque omnes facile superat. Barbara vero quaedam admiscet, non, ut ea probet, sed, ut alios sic loquentes irrideat.

—— Fragmenta restituta et aucta ex bibliotheca Io. Sambuci. in 8vo. Antverp. 1565.

——— c. epicrisi et schol. Th. Reinesii. in 8vo. Lipsiae. 1666.

—— Satyricon, cum fragmento Tragurii reperto. Accedunt: Lusus in Priapum, pervigilium Veneris, Ausonii cento nuptialis, Cupido crucifixus, epistolae de Cleopatra etc. c. n. v. ex edit. M. Hadrianidis. in 8vo. Amst. 1669. rar.

——— c. integr. doct. viror. comment. et not. N. Heinsii. et Guil. Goesii. Accedunt: Variae dissert. et praef. curante P. Burmanno. in 4to. Traiecti. 1709.

——— et fragmenta curis secundis P. Burmanni, editio altera, in 4to mai. Amst. 1743. Tom. II. ed. opt.

——— ex edit. Nodoti, c. vers. gallica. 8vo. Amst. 1756. Tom. II.

———— (ex edit. Revitzky.) in 8vo. Berol. 1785.

POMPONIUS MELA, domo Hispanus, Geographus, de cuius vita fatisque nihil constat. Primus Romanorum situm orbis litteris latinis illustrare ausus est. Perspicua in eo est brevitas miraque copia. 48.

—— de situ Orbis Libr. III. c. n. v. Accedunt: Iulii Honorii oratoris excerpta cosmographiae, cosmographia falso aethicum auctorem praeferens, cum var. lect. ex MS. Ravennatis Anonymi geographia ex MS. Leid. suppleta, ex edit. Abr. Gronovii. in 8vo. Lugd. Bat. 1722.

——— c. n. v. Accedunt: Petr. Io. Nunnesii Epistola de patria Pomp. Melae, et adnot. in prooem. atque duo priora cap. Libr I. et Iac. Perizonii adnotata ad Libr. I. capita XVII. ex edit. Abr. Gronovii. in 8vo. Lugd. Bat. 1748. ed. opt.

——— ad omnium Angliae et Hiberniae Codd. MSS. fidem recogniti, tabulisque geograph. illustrati, opera et studio Io. Reinoldii. in 4to. Etonae. 1761.

L. IUNIUS MODERATUS COLUMELLA, patria Gaditanus ex Hispania, rei rusticae cultissimus scriptor, Plinio, Palladio, aliisque saepius laudatus, de cuius genere, vita, et fatis altum est apud veteres silentium. Ipse patruum suum M. Columellam illustribus disciplinis eruditum, ac diligentissimum agricolam Baeticae provinciae memorat Lib. V. cap. 5. Stilus est elegans et copiosus, saepe tamen oratorius. 50.

P.C.N. — de re rustica Libri XII. et unus de arboribus. in 4to. Lipsiae. 1773. cum Catone et aliis rei rusticae scriptoribus.

50. SCRIBONIUS LARGUS DESIGNATIANUS, Medicus empiricus, de quo nihil certi memoriae proditum est. Romanum fuisse, nomen indicat, et Claudio Imp. medendi peritia gratum fuisse, Io. Rhodius in emend. et not. censet. Qui vero eum graece scripsisse, et circa aetatem Valentiniani Imp. inclinata iam tum rei litterariae fortuna, latino cultu indutum fuisse ex odore stili autumant, videntur iudice Barthio Advers. XXXVI. c. 4. a vero aberrasse.

— Compositiones medicae c. n. v. et recens. Io. Rhodii, nec non lexico scriboniano. in 4to. Patavii. 1655. c. fig.

54. Q. ASCONIUS PEDIANUS, Patavinus, Romae Rhetor et Grammaticus; cuius Commentarii, ad intelligenda Ciceronis obscuriora loca, ritusque, et historiam eius temporum multum conducunt.

— Expositio in orationes V. Ciceronis. in 8vo. Venetiis, ap. Aldum. 1522.

— Commentationes in aliquot Ciceronis orationes, c. not. in 12mo. Lugduni Bat. 1675.

62. L. ANNAEUS SENECA, Marci filius, Cordubensis Hispanus, Philosophus stoicus, Historicus, Orator et Poëta; adolescentulus cum patre Romam migravit. Eloquentiam a patre didicit, et philosophos eius aevi insignes Attalum, Sotionem, Papyrium, Fabianum audivit. A philosophia ad rempublicam tractandam accessit. Sub Claudio ob suspicionem commissi cum

Iulia Germanici adulterii in Corsicam relegatus, indeque post octavum exilii annum intercedente Agrippina Claudii secunda uxore Romam revocatus, Quaesturam et Praeturam gessit. Neronis moribus, studiisque litterarum regundis praefectus, doctoris moderatorisque munus cum laude explevit. Opes a patre acceptas, munificentia principis in immensum auxit; frugaliter tamen vixit, virtutem coluit, neque se vel aulae illecebris ad assentationem et adulationem flecti, vel opum affluentia magistratusque splendore ad luxum pellici passus est. Fortunae inconstantiam ad extremum expertus, quum a Nerone, incitantibus invidis et sordidis hominibus ipsaque Poppaea Neronis uxore, iam senectute gravis ad oppetendam voluntariam mortem compelleretur, nulla pavoris signa dedit, utpote qui intelligebat hominem quotidie parte sua mori; sed forti animo balneum ingressus, ferro sibi venam aperuit, et novissimo quoque momento multa praeclare disseruit. Varia, quae ad philosophiam morumque doctrinam pertinent, stilo conciso, arguto, sententiisque referto tractavit, quae, si eloquentiam spectes, dulcibus, ut Quinctilianus scribit, abundant vitiis. Praeter philosophica X. Tragoediae sub illius nomine circumferuntur, in quibus altiori cothurno incedit; harum tamen probabiliter non omnium auctor est, manetque incertum, an filio L. Annaei, an fratri, aut ex fratre nepoti vel etiam alii L. A. Senecae nescio cui, qui sub Traiano vixerit, tribui debeant. De hoc saltem convenit inter eruditos, X. has tragoedias non esse unius eiusdemque auctoris.

— et M. A. Senecae Rhetoris Opera, ab A. Schotto

P.C.N.

castigata et expleta; c. n. Io. Petreii, Iureti, Florentis Christiani, et Mureti, atque coniecturis Lipsii. in fol. ap. Commelin. 1603. rar.

— Opera philosophica, c. comment. var. et scholiis Fr. Morelli in fol. Parisiis. 1619.

——— a Lipsio emendata, cum L. Fromondi scholiis et excursibus ad quaestiones naturales, in fol. Antwerp. ex offic. Plantiniana. 1652.

— et M. A. Senecae Rhetoris opera, c. n. v. et I. F. Gronovii. in 8vo. Amst. 1672. Tom III. edit. opt.

— Opera philosophica, ex edit. Bipontina. in 8vo. 1782. Tom. IV.

— Tragoediae, ex recens. Petr. Scriverii. in 8vo Lugd. Bat. 1651.

——— c. not. I. Fr. Gronovii. in 8vo. Amst. 1682.

——— c. n. integr. I. Fr. Gronovii, ex edit I. Casp. Schröderi in 4to. Delphis. 1728. edit. opt.

——— ex edit. Bipont. in 8vo. 1785.

— Selecta opera, cum vita M. A. et L. A. Senecae, lat. et gall. in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1776. et 1790. Tom. II.

— Ludus de morte Claudii, cum satyris Menippeis, Lipsii et P. Cunaei, not. perpet. illustr. in 8vo. Lipsiae. 1720.

— et P. Syri Mimi, aliorumque sententiae ex edit. Iani Gruteri, c. n. eiusdem, et nova versione Scaligeri in 8vo. Lugd. Bat. 1727.

62. A. PERSIUS FLACCUS Volaterranus, Satyrographus, ordine equestri ortus, et sanguine primi ordinis viris coniunctus. Annaei Cornuti philosophi stoici auditor et cultor, cui moriturus etiam gratum legato probavit animum. Mo-

Mores eius lenissimi, forma corporis egregia, verecundia et praestantes animi dotes laudantur. Lucilium imitatus, perditos sui temporis mores, maiori cum acerbitate, quam sale et facetiis perstrinxit; propter nimiam obscuritatem et abusum eruditionis Lycophron Latinorum dictus. Vix duo de triginta annos natus vitio stomachi decessit.

——— Satyrae, c. commentar. Cornuti Philosophi Io. Britannici et Bartol. Francii. in fol. Mediolan. 1508. rar.

—— Satyrae VI. a Nicod. Frischlino, ex vetust. Cod. fide paraphrasi luculenta illustratae et commentariis Valentini, Volsci, Engentini et Foquelini explicatae. in 4to. Basil. 1582. rar.

——— c. comment. et paraphrasi Eilh. Lubini. in 8vo. Amstelod. 1595. rar.

——— c. comm. Io. Bond. in 12mo. Londini. 1614. cum Iuvenali.

——— c. not. marginalib. in 12mo. Lond. 1621. cum Iuvenali.

——— c. comment. Is. Casauboni. in 8vo. Lond. 1647.

——— c. comment. D. Wedderburn. in 12mo. Amst. 1664. cum Iuvenali Farnabii.

——— ad usum Delphini, interpr. et not. illustravit Lud. Prateus in 4to. Paris. 1684. cum Iuvenali ad usum Delph.

——— c. comment. var. in 8vo. Amst. 1684. c. Iuvenali.

——— c. eius vita, vetere scholiaste et Isaaci Casauboni comment. ex edit. Mer. Casauboni. in 4to. mai. Lugd. Bat. 1695. edit. opt.

P.C.N. ——— c. not. et interpr. L. Pratei. in 8vo. Londini. 1699. cum Iuvenali.

——— c. n. Farnabii, in 12mo. Rotterd. 1702. c. Iuvenali.

——— ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1749. cum Iuvenali.

——— tab. aen. illustratae, c. n. v. select. et G. S. in 8vo. mai. Cantabrig. ap. G. Sandby. 1763. c. Iuvenali. edit. eleg.

——— c. interpr. gallic. et fig. in 8vo. Bernae. 1765.

——— sex, ad fidem optimar. editionum c. var. lect. edid. G. F. Sebaldus tab. aeneis incis. in 8vo. mai. Norimbergae. 1766.

——— in 4to. mai. Birminghamiae, typ. Baskerville. 1771. cum Iuvenali, ed. splend.

——— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1776.

——— c. Lucilii satyrographorum principis fragmentis ex edit. Bipont. in 8vo. 1785. c. Iuvenali.

——— c. glossis veteribus. in 8vo. Lipsiae. 1789.

——— mit erklärender Übersetzung in 8vo. Berlin. 1775.

——— übersetzt und mit Einleitungen und Erläuterungen versehen von G. G. Fülleborn in 8o. Züllichau. 1794.

62. M. ANNAEUS LUCANUS Cordubensis, ex ordine equestri, L. A. Senecae Philosophi ex fratre nepos; a patre Annaeo Mela, Senecae Rhetoris filio natu minimo Romam deductus, litteris operam dedit, ad quas magis excolendas Athenas etiam missus fuit. Inde redux in gratiam venit Neronis, et Quaesturam gessit. Tandem vero cum in certamine recitante Ne-

P.C.N.

rone, non hominum modo, sed et artium ingeniorumque principatum sibi arrogante, laureis coronaretur, in odium et invidiam principis incurrit, qui ipsi foro et theatro interdixit, carminaque recitare prohibuit. Quod factum caesaris iuvenili animi calore aestuans, ut ulcisceretur, coniurationi pisonianae se adiunxit, et verbis factisque principem adversus se ita irritavit, ut exemplo Senecae incisis sibi venis e vita discedere coactus fuerit, anno aetàt. XXVII. In carmine de bello civili Pompeiano scripto, ardens, concitatus, sententiisque clarissimus, magis tamen oratoribus, et historicis, quam poëtis adnumerandus.

— Pharsalia c. H. Grotii, Farnabii not. int. et selectis aliorum accurante Schrevelio, in 8vo. Amstelod. ap. Elzev. 1669.

——— ex recens. et c. not. G. Cortii. in 8vo. Lipsiae. 1726.

——— c. scholiaste inedito et not. integr. Glareani, Micylli, Camerarii, Grotii aliorumque select. et Th. Maii suppl. apologia Palmerii, Briosii, Bersmanni et Guieti observat. curante Fr. Oudendorpio. in 4to. Lugd. Bat. 1728. cor. turc. caerul. edit. opt.

——— cum comment. P. Burmanni. in 4to. Leidae. 1740.

——— c. n. H. Grotii et R. Bentleii. in 4to. mai. Strawberry-Hill. 1760. edit. eleg. et rar.

——— c. suppl. T. Maii. in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1767.

——— c. not. litteraria stud. soc. Bipontinae. in 8vo. 1783.

AEMILIUS MACER, diversus ab illo Veronensi, qui Ovidio fuit familiaris. Neronis et Vespa- 64.

P.C.N. siani temporibus vixisse videtur, cum ex stilo, tum maxime ex eo, quod Plinii mentionem facit.

— de herbarum virtutibus, et Strabi Galli hortulus, c. scholiis Io. Atrociani. in 8vo. Basileae. 1527. rar.

68. C. SILIUS ITALICUS, ipso fatali Neronis anno Cos. romanus, Orator et Poëta suo tempore clarissimus, magnusque Ciceronis et Virgilii cultor. Opibus et auctoritate Romae pollebat, suadentibus vero amicis, iam annis gravis Campaniam discessit, ubi, cum morbi insanabilis lentitudinem inedia praevertisset, annos natus LXXV. supremum diem obiit. In carminibus condendis plus arte, quam natura valuit; lucem tamen antiquitati et historiae affundit, sententiasque habet elegantes et descriptiones audaces, nervus tamen et color deest.

— c. n. v. cura Arn. Drakenborch. in 4to. Traiect. 1717. edit. opt.

— lat. et gall. c. vers. gallica Lefeburii de Villebrune, eiusdemque nomenclatore. in 8vo. Paris. 1781. Tom. III.

— c. notit. litter. stud. societ. Bipontinae. in 8vo. 1784.

— typis Bulmerianis. in 8vo. Londini. 1792. Tom. II. edit. nitidiss.

69. QUINTUS CURTIUS RUFUS, quis fuerit, et quando vixerit, incertum. Bodinus Curtium Platinae aequalem fecit. Vero tamen simillimum videtur, illum esse, cuius Tacitus et Suetonius inter claros rhetores meminerunt, atque adeo ignobili loco natum, qui sub Tiberio Praeturam, sub Claudio vero Consula-

P. C. N.

tum gessit, et administrationem Africae adulando consequutus, ibi senex decessit. Totus est in laudando Alexandro et ornanda eius historia, dicendi genere utitur florido, eleganti, crebris acutisque sententiis distincto, in concionibus multa facundia instructis, orationis maiestatem servat. Cuius lectione delectatus Alphonsus, cognomine Sapiens, Hispaniae Rex, cum gravi morbo laboraret, remediis medicis nihil iuvantibus, sanitati restitus fuisse traditur.

— ex edit. Brunon. in fol. Basil. 1545.

— c. emend. Iani Rutgersii. in 12mo. Lugd. Bat. ap. Elzev. 1633. rar.

— c. n. var. selectiss. accurante C. S. M. D. 8vo. Amst. ex offic. Elzevir. 1673.

— c. interpr. et not. per Mich. le Tellier, ad usum Delph. in 4to. Paris. 1678.

— c. supplem. et commentar. doctor. viror. et fig. eleg. in 8vo. Lugd. Bat. 1696.

— c. commentar. Sam. Pitisci et fig. in 8vo Hagae Comit. 1708. Tom. II. uno vol.

— c. n. v. ex edit. Henr. Snakenburg. in 4to. Delphis et Lugd. Bat. 1724. Tom. II. uno vol. c. fig. edit. opt.

— c. Freinshem. Suppl. et not. Cellarii, et fig. in 8vo. Hagae Comit. 1727. Tom. II.

— c. vers. gallic. Vaugelasii curante P. Millero. in 8vo. Berol. 1746.

— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1757.

— c. Supplem. Freinshemii et not. litter. stud. soc. Bipont. in 8vo. 1782. Tom. II.

P.N.C.

70. C. VALERIUS FLACCUS, ortu Patavinus, cognominatus quoque Setinus Balbus, sub Vespasiano floruit, paupereque sorte usus admodum iuvenis Patavii decessit; reliqua de eo sunt ignota. In poësi magnam nominis famam consecutus est, Virgilium inprimis et Apollonium imitatus. Dicendi genere utitur eleganti et plane poëtico. Quidam ei secundum locum post Virgilium tribuunt, quo tamen multo inferior est. Arte poëtica Lucano, stili puritate Statio praestat, et pleniori spiritu canit, quam Silius Italicus.

— Argonauticon; c. comment. L. Alardi, castigationibus Lud. Carrionis, item Chr. Bulaei schediasmat. et Io. Weitzii observationib. in 8. Lipsiae. 1630.

— c. animadvers. N. Heinsii. in 12mo. Lugd. Bat. 1718.

— c. n. v. et P. Burmanni. in 4to. Leidae 1724. edit. opt.

— c. not. P. Burmanni integr. et select. aliorum, recens. notasque adiecit C. Harlesius in 8vo. Altenb. 1781. Tom. II.

— cum notit. litter. et indice, stud. soc. Bipontinae. in 8vo. 1786.

78. C. PLINIUS SECUNDUS Maior seu Veronensis, seu Novocomensis, Philosophus, Grammaticus et Historicus. Sub Claudio stipendia meruit in Germania; sub Nerone et Vespasiano varia munera publica administravit, procurator primum in Hispania, deinde praefectus classis misenensis. Omnibus liberalibus disciplinis insigniter excultus fuit, diligentia incredibili et eruditione admiranda. Nihil legit, quod non

P.C.N.

excerperet, dicere solitus, nullum esse librum tam malum, ut non aliqua parte prodesset. Tandem, cum Miseni agens, ad montem Vesuvium ignem evomentem cognoscendi rei cupiditate propius accessisset, ex odore sulphuris, et fumo nubis et monte ortae, spiritu obstructo, obiit sub Tito Imp. cui carus fuit, anno aetat. LVI. Multa immensae eius diligentiae debemus, quae alioquin non sine eruditionis detrimento ignoraremus.

—— Historiae naturalis Lib. XXXVII. in fol. Venetiis. 1491..

———— cum comment. et adnotat. varior. et I. Fr. Gronovii notarum libro singul. in 8vo. Lugd. Bat. 1669. Tom. III. rara et nitida editio.

———— in usum Delphini per Io. Harduinum. in 4to. Paris. 1685. Tom. V.

———— c. interpr. Io. Harduini. in fol. Paris. 1723. Tom. III. apud Coustelier. in ch. mai. edit. opt.

———— c. interpr. Io. Harduini. in fol. Paris (Basil.) 1741. Tom. III.

———— Histoire naturelle avec le texte latin, et des notes critiques, in 4to. a Paris. 1771—1782. Tom. XII.

———— ex recens. et c. not. G. Brotier. in 8vo. min. typ. Barbou Paris. 1779. Tom. VI.

———— ex recens. Io. Harduini, c. notit. litter. et indice, stud. societ. Bipontinae. in 8vo. 1783. Tom. V.

M. FABIUS QUINCTILIANUS, Calagurritanus 92.
ex Hispania, Rhetor praestantissimus, patrem habuit causidicum, et avum Quinctilianum declamatorem, cuius Seneca meminit, et qui

P.C.N. Romae multis annis rhetoricam docuit. Post Neronis interitum a Galba Romam perductus, non solum in foro summa cum gloria versatus est, sed etiam ludum aperuit, et XX. annos in erudienda iuventute cum laude consumsit, salarium ex fisco publico, civitatem romanam, opes, clavum latum, et tandem ornamenta etiam consularia consequutus. Vacatione muneris impetrata, reliquum vitae tempus instituendis Domitiani ex sorore nepotibus, et commentariis conficiendis impendit. In orandi praeceptis tradendis plus arti et diligentiae, quam naturae atque ingenio debet, et iudicium longo usu multaque lectione subactum ubique praesefert, post Ciceronem, cuius elegantiam, ubertatem et copiam exprimere studuit, verae eloquentiae amantibus commendandus.

— Opera, c. n. v. in 8vo. Lugd. Bat. 1665. Tom. II. rar.

—— c. not. et animadv. viror. doctor. ex edit. Petri Burmanni. in 4to. Lugd. Bat. 1720. Tom. II. edit. opt.

— c. notit. litter. stud. societ. Bipont. in 8vo. 1784. Tom. IV.

— de oratoria Instit. Libr. II. ex edit. Cl. Capperonnerii. in fol. mai. Paris. 1725.

——— c. not. Gesneri. in 4to. Göttingae. 1738.

——— ad usum scholarum, c. not. A. Car. Rollin et lect. var. ex edit. Theoph. Chr. Harlesii. in 8vo. Altenburgi. 1773. Tom. II. uno vol.

95. P. PAPINIUS STATIUS, Neapolitanus, patrem habuit praeceptorem Domitiani. Extemporali poemata condendi facultate Imp. Domitiano

P.C.N.

gratissimus fuit, a maiestate carminis Aquilinus librariis dictus. In certaminibus aliquot poëticis lauream et praedium a Domitiano, cui maxime adulatus est, accepit. Tandem luxuriae romanae pertaesus, Neapolim rediit, ubi non multo post diem obiit supremum. Eruditus poëta in silvis, sublimis in Thebaide, blandus in Achilleide, cum Virgilio tamen minime comparandus.

— ex recens. et c. comment. Casp. Barthii. in 4to. Cygneae. 1664. Tom. IV. rar.

— c. n. v. ex edit. Io. Veenhusen. in 8vo. Lugd. Bat. 1671. edit. opt.

— in usum Delphini per Cl. Beraldum, in 4to. Paris. 1685. Tom. II. rar.

— Silvarum Libr. V. c. not. et ex recens. Ier. Marklandi. in 4to. Londini. 1728.

— ex edit. Bipont. in 8vo. 1785.

DECIMUS IUNIUS IUVENALIS, ortu Aquinas, 95.
Satyrographus, libertini locupletis, incertum, filius, an alumnus. Ad mediam fere aetatem, animi magis causa, quam quod se scholae, aut foro idoneum redderet declamavit. Deinde ad poësin et scribendas satyras animum adplicuit; cum vero Domitianum, Satyra in Paridem pantomimum, qui in deliciis aulae erat, scripta offendisset, statim per honorem militiae, quamquam octogenarius, urbe summotus, missusque est ad praefecturam cohortis in extremam Aegypti partem tendentis, ut supplicii genus levi atque ioculari delicto par esset. Quam ob rem Histrionis exul a Sidonio vocatur. Post mortem Domitiani Romam reversus, ad Nervae et Traiani principatum

P.C.N.

supervixit, et senio taedioque vitae confectus, spiritum cum tussi efflavit. Satyram ad summam perfectionem perduxit, et censentibus criticis gravitate atque sublimitate Persio, si oeconomiam spectes, ipsi Horatio praestat. Stilo utitur puro, vehementi, saepe etiam luxuriante et obscoeno; neque solum oratione, sale et felle condita delectat, sed etiam mores corrigit pravos, et lectorem docet.

—— Satyrarum Libr. V. cum paraphrasi Fed. Ceruti Veronensis. in 4to. Aug. Vind. 1599. rar.

—— et PERSIUS c. n. marginalib. in 12mo. Londini. 1620. Accessit: PERSIUS c. comment. Io. Bond. in 12mo. Lond. 1614.

——— ex typographia regia in fol. Paris. 1644. rar.

—— ad usum Delphini, interpr. et not. illustravit Lud. Prateus. in 4to. Paris. 1684.

—— c. veteris scholiastae et varior. comment. in 8vo. Amst. 1684.

—— c. veterum Scholiis et omnium fere Eruditor. comment. cura H. C. Henninii. in 4to. Traiect. 1685. edit. opt.

——— c. n. et. interpr. L. Pratei. in 8vo. Lond. 1699.

——— c. not. Farnabii. in 12mo. Rotterd. 1702.

——— ex edit. P. Milleri. in 8vo. Berol. 1749.

——— tab. aeneis illustrat. c. n. v. select. et G. S. in 8vo. mai. Cantabrig. ap. G. Sandby. 1763. edit. eleg.

——— in 4to. mai. Birminghamae, typ. Baskerville. 1771. edit. splend.

——— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1776. cum Persio.

P.C.N.

——— ex edit. Bipontina in 8vo. 1785. cum Persio.

—— übersetzt, mit Anmerkungen für Ungelehrte, von C. Fr. Bahrdt. in 8vo. Berlin. 1787.

M. VALERIUS MARTIALIS, natione Hispanus, Bilbili oppido Celtiberiae ortus. Imperante Nerone, iuvenis Romam venit, ubi ad scribenda epigrammata animum adpulit, et Domitiano tam carus fuit, ut ab eo tribunatus honorarii, dignitatis equestris, iurisque trium liberorum munere ornaretur. Aetate grandior, cum Domitiano sublato, apud Nervam parum, apud Traianum nihil posset; rerum urbanarum taedio affectus, in patriam rediit, et ex aegritudine animi naturae concessit. Sectator Epicuri, scribendique epigrammatis, post Catullum, quem imitandum sibi proposuit, egregius artifex; scurrilis interdum et frequenter obscoenus, multum salis, facetiarum, ingenii atque acuminis habet. 95.

—— Epigrammata ex edit. Petri Scriverii. in 12mo. Lugd. Bat. 1619. Tom. III. edit. opt. et rar.

——— c. plenis Comment. Mathaei Raderi. in fol. Moguntiae. 1627.

——— c. n. Farnabii et var. accur. Corn. Schrevelio. in 8vo Lugd. Bat. ap. Fr. Hackium. 1670.

——— c. n. Th. Farnabii in 12mo. Amst. 1678.

——— ad usum Delph. interpr. et not. illustravit Vincent. Collesso. in 4to. Paris. 1680.

——— c. n. et paraphrasi Vinc. Collesso ex edit. Lud. Smids. in 8vo. Amst. 1701. c. fig. edit. opt.

——— c. not. Iuvencii in 12 Venetiis. 1736.

——— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris 1754. Tom. II.

——— c. notit. litter. stud. soc. Bipont. in 8vo. 1784. Tom. II.

P.C.N.

95. TERENTIANUS MAURUS, Grammaticus, utrum hac an Longini rhetoris aetate floruerit, dissentiunt eruditi, Martialis tamen aequalis fuisse videtur. Senex carmen de litteris, syllabis et metris scripsit, elegans, multaque eruditione refertum.

— inter Grammaticos latinos Putschii. in 4to Hannoviae. 1605. et in Corpore Poët. lat.

97. C. CORNELIUS TACITUS, Eques romanus, suis ipsius virtutibus nobilitatus, primus in familiam maiorum suorum ius imaginis et honores intulit. Post varias dignitates muneraque publica ad consulatum etiam evectus est et magna auctoritate principumque favore Romae floruit, Plinio quoque Iuniori coniunctissimus. Fuit vir sublimi ingenio, acri, usuque rerum subacto iudicio, qui omnem historiae legem, nervosa brevitate, parique prudentia et fide absolvit, nihil falsi dicere, nihil veri omittere ausus. Rerum gestarum causas et eventus interposito iudicio expendit. Imperii arcana, consilia, artes, moresque principum diligenter notat. Novae cuiusdam concisae et sententiosae eloquentiae genere eximie praeditus, res oratione, et verba sententiis illustrat, in concionibus Livio quoque anteferendus, magis tamen argutam Sallustii brevitatem, quam huius amplitudinem imitatus. Cuius superstites Annalium et Historiarum libros, etsi mutilos, temporum iniuriis ereptos, singulari inprimis studio cognominis imperatoris M. Claudii Taciti debemus, qui teste Vopisco, illos in omnibus bibliothecis, consulumque archivis collocari, et ne incuria deperirent, per annos singulos decies describi iussit.

P.C.N.

—— Opera, ex edit. Lipsii. in fol. Antverpiae. 1648.

———— ex edit. Gronovii, c. n. v. in 8vo. Amst. ap. Elzevir. 1672. Tom. II. rar.

———— ad usum Delph. interpr. perpet. et not. illustravit Iulianus Pichon. in 4to. Paris. 1682. rar.

———— in 4to. Venetiis. 1707. Tom. IV.

———— ex recens. et c. animadv. Theod. Ryckii. in 8vo. Lugd. Bat. 1687. Tom. II. rar.

———— ex edit. Gronovii. in 4to. Traiect. Batavor. 1721. Tom. II.

———— avec des notes politiques et historiques. in 8vo. Tom. I—IV. par Amelot de la Houssaie, à Amsterd. 1716—21, Tom. V.—X. par. M. L. C. d. G- à la Haye 1731. Vol. X.

———— ex recens. Lallemandi. in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1760. Tom. III.

———— ex edit. Ernesti. in 8vo. Lipsiae. 1772. Tom. II.

———— c. variet. lect. et emendat. stud. soc. Bipont. in 8. 1779. Tom. IV.

———— c. suppl. not. dissert. et tab. geogr. G. Brotier. in 4to. mai. Paris. 1781. Tom. IV. deaur. edit. opt.

———— typis Bodonianis, in fol. Parmae. 1795. Tom. VI. edit. splend.

—— de situ et moribus Germanor. c. Chr. Coleri comment. et epist. de studio polit. ordinando. in 8vo. Hannoviae. 1602. c. Fragm. Hist. Fr. Ursini.

S. IULIUS FRONTINUS, Vir consularis, strategematum, aquae ductuum, reique gromaticae, sive castrorum metationis scriptor, genere plebeius fuit, ad summos tandem honores evectus, tam armis, quam litteris clarus. Praeturam et consulatum gessit. Sub Nerva 97.

P.C.N.

praefectus aquarum creatus est, unde eius nomen in tubis plumbeis adhuc superstitibus legitur apud Fabrottum VII. 404. Decessit sub Traiano, cui in auguratu successit Plinius Sec. Minor. Moriens monimentum sibi exstrui his verbis vetuit: Impensa monumenti supervacua est, memoria nostri durabit, si vitam meruimus.

— Strategematicon, c. n. v. ex edit. Oudendorpii in 8vo. Lugd. Bat. 1731. edit. opt.

—— ex edit. Bipontina. in 8vo. 1788.

100. C. PLINIUS SECUNDUS CAECILIUS, Novocomensis, Plinii maioris ex sorore nepos, et per adoptionem filius, Cos. suffectus et Orator. Patrem Caecilium mature amisit, Quinctilianum et Nicetam Sophistam praeceptores habuit, disertissimus in foro causarum patronus. Adolescens in Syria militavit; tandem variis honoribus, praefectura bithynica, et consulatu gestis, Traiano Imp. carissimus, incertum, quo anno obiit. Facundus orator, et sui temporis Cicero, in vita frugalis, mitis, liberalis et munificus. Amicitiam maxime cum eruditis coluit, in quibus Tacitum primo loco habuit, qui vicissim tanti Plinium fecit, ut libros suos emendandos ei crederet. Dicendi genere usus est conciso, arguto, et florido; in Panegyrico ingenii elucet praestantia et orationis ubertas.

— Epistolae ex edit. Io. Veenhusii c. n. v. in 8vo. Lugd. Bat. 1669. rar.

— Panegyricus, c. adnot. Dominici Baudii et comment. I. Lipsii in 8vo. Lugd. Bat. 1675. rar.

P.C.N.

—— Epistolae, ex recens. et c. animadv. Gottl. Cortii et Paul. Dan. Longolii. in 4to. Amst. 1734. edit. opt.

—— Panegyricus ex edit. Io. Arntzenii. in 4to Amst. 1738. edit. opt.

———— recens. et comment. var. et suis illustr. Chr. Gottlieb. Schwartzius in 4to. Norimbergae. 1746.

—— Epistolae c. vers. Gallic. curante P. Millero in 8vo. Berol. 1750.

—— Panegyricus c. vers. Gallic. curante P. Millero. in 8vo. Berol. 1750.

—— Opera, quae supersunt, omnia, in 4to. Glasguae. 1751. edit. eleg.

—— Epistolae et Panegyricus, ex recens. Io. Nic. Lallemandi in 8vo. min. Paris. typ. Barbou. 1788.

———— Acced. alii panegyrici veteres, c. notit. litter. stud. soc. Bipont. in 8vo. 1789. Tom. II.

C. SUETONIUS TRANQUILLUS, plebeo ordine natus, in foro etiam versatus, Grammaticus et Historicus candidissimus, qui nec bonorum principum vitia, nec malorum virtutes dissimulavit. Familiarisimus fuit Plinii minoris, et sub Adriano Magister epistolarum, sed ab hoc munere, quod apud Sabinam uxorem imperatoris familiarius se gessisset, remotus. Vir probus, et scriptor ingenuus, stilo simplici minimeque ornato, tamen pro temporis et aetatis illius ratione satis puro usus est. 100.

—— in 12mo. Lugduni ap. Gryphium. 1548. access. Io. B. Egnatii de rom. principib. Lib. III. et notae in Suet.

—— c. comment. Laevini Torrentii in 4to. Antverp. 1578.

—— c. n. v. ex edit. Schildii. in 8vo. Lugd. Bat. 1651.

P.C.N.

—— not. et numismatib. illustr. Car. Patinus in 4to. Basileae 1675.

—— ad usum Delphini interpr. et notis illustr. Aug. Babelonius. in 4to Paris. 1684.

—— c. comment. Sam. Pitisci et fig. in 4to. Leovardiae. 1714. Tom. II.

—— c. n. v. curante P. Burmanno qui et suas adnot. adiecit. in 4to. Amst. 1736. Tom. II. edit. opt.

—— ex recens. Fr. Oudendorpii, c. eiusd. animadvers. nec non Graevii, Gronovii et Ducherii ineditis adnotat. in 8vo. Lugd. Bat. 1751. Part. II. in uno vol.

—— Chrestomathia illustr. a Io. P. Millero. in 8vo. Berol. 1762.

—— c. indice et not. litter. stud. soc. Bipont. in 8vo. 1783.

107. IULIUS OBSEQUENS incertae aetatis auctor. Libro de prodigiis inclaruit; caeterum quis fuerit, quam habuerit patriam, et quo scripserit tempore, incertum est. Cl. Saxio ob castiorem et incorruptam latinitatem his temporibus aequalis fuisse videtur. Livium potissimum secutus, eius verba frequenter expressit.

—— de prodigiis c. animadv. I. Schefferi et supplem. Conr. Lycosthenis curante Fr. Oudendorpio. in 8vo. Lugd. Bat. 1720. ed. opt.

116. L. ANNAEUS FLORUS, forte domo Hispanus, ex nobilissima Annaeorum gente. Brevis et comtus Historicus, nimius tamen est in laude rerum a Romanis gestarum, et non tam narrare bella, quam victorias florida, et ad poëticam propius accedente dictione decantare videtur.

de

P.C.N.

—— de Romanorum gestis Libr. IV. c, Lucio Ampelio Salmasii. in 12mo. Lugd. Bat. 1638.

——— ad usum Delph. interpr. et not. illustravit Anna Tanaquilli Fabri filia. in 4to. Paris. 1674.

——— c. n. v. ex recens. et c. adnotat. Io. G. Graevii. in 8vo. Amst. 1702. Access. L. Ampelius ex bibliotheca Salmasii.

——— Libri II. priores c. n. v. hist. polit. et antiq. in usum Principis haered. Boruss. a Laur. Begero adorn. c. fig. et numism. in fol. Coloniae Marchicae. 1704.

——— c. integr. Salmasii, Frenshemii Graevii et selectis alior. animadv. recens. suasq. notas addid. C. A. Duckerus in 8vo. Lugd. Bat. 1744. Tom. II. uno vol. edit. opt.

——— curante I. P. Millero. Acc. Ampelii lib. memorialis, in 8vo. Berol. 1750.

—— in 4to mai. Birminghamae typ. Baskerville. 1773. cum eiusdem edit. Sallustio. ed. splend.

—— in 8vo. min. typ. Barbou. Paris. 1776. c. Vell. Paterc.

——— inter script. Hist. Byzant. in fol. Venetiis. 1733.

RICCOBONI (Ant.) de historia Liber, cum fragmentis Historicorum veterum Latinorum. in 8vo. Basileae. 1579. rar. ubi continentur:

M. Porcius Cato Censorinus,
Q. Claudius Quadrigarius,
L. Sisenna,
C. Crispus Sallustius,
M. Varro,
Fabius Pictor,
Piso Frugi,
C. Fannius,
L. Coelius Antipater,
Sempronius Asellio.
C. Licinius Macer,
Valerius Antias,
L. Cassius Hemina.
Q. Aelius Tubero.
C. Oppius,
Cornelius Nepos,
P. Nigidius,
M. Valerius Messala,
Fenestella,
Atteius Capito,
Massurius Sabinus,
Tuditanus,
Cn. Gellius,
L. Cornelius Sylla,
L. Cincius Alimentus,
Iulius Hyginus,
Sammonicus Serenus.

FRAGMENTA HISTORICORUM, collecta ab Ant. Augustino, emendata a Fulvio Ursino. in 8vo. Antverpiae. 1595. Continentur:

Q. Fabius Pictor,	L. Cassius Hemina,
Fabius Maximus,	L. Cornelius Sisena,
C. Licinius Macer,	Accedunt:
Sempronius Asellio,	Fulvii Ursini Notae ad
L. Coelius Antipater,	Sallustium,
Q. Claudius Quadrigarius,	Caesarem,
Clodius Licinius,	Livium,
Claudius Acilio,	Velleium,
Lucius Cincius Alimentus,	Tacitum,
Cn. Gellius,	Suetonium,
CalpurniusPisoFrugi,	Spartianum et alios.

——— veterum latinorum, ex edit. et cum scholiis Ausonii Popmae Frisii. in 8vo. Amstel. 1620. apud Commel. Continentur:

Fabius Pictor,	Q. Aelius Tubero,
Q. Fabius Maxumus Serv.	P. Rutilius Rufus,
L. CinciusAlimentus	P. Sempronius Asellio,
P. Scipionis Historia.	Clodius Licinius,
C. Acilii Annales.	Caius Licinius Macer,
C. Fannius,	Licinius,
Vennonius,	L. Cassius Hemina,
Libonis Annales,	Q. Claud. Quadrigarius,
M. Porcii Catonis Orig.	Q. Val. Antias,
A. Posth. Albinus,	C. Aufidius,
Cn. Gellius	L. Cor. Sisenna,
Sext. Gellius,	Accius,
Agellius,	M. Terent. Varro,
L. Calp. Piso Frugi Censorius,	Q. Hortensius Ortalus,
Lutatius,	Pomp. Atticus,
L. Coelius Antipater,	Corn. Nepos,
	Fenestella,
	Tanusius Geminus,
	Domitius,

Egnatius,
M. Octavius et alia.
Accessit praeterea **Auctarium** aliorum etiam auctorum.

VALESII (Henr.) Excerpta

Polybii,	Nic. Damasceni,
Diodori Siculi,	Dionysii Halicarn.
Appiani Alexandr.	Dionis et Ioannis Antiocheni,

ex collectaneis Const. Aug. Porphyrogennetae. in 4to. Paris. 1634.

FRAGMENTA HISTORICORUM cum Sallustio Havercampi. in 4to. Amstel. 1742. Tomo II. ubi continentur:

C. Sallustii fragm.	Vennonius
—— Orationes de Republica ordinanda.	Libo,
—— declamatio in M. T. Ciceronem,	M. Porcius Cato,
Ciceronis declamatio in Sallustium,	A. Posthumius Albinus,
Iul. Exsuperantius de bellis civilibus.	Cn. Gellius,
Porcii Latronis declamatio contra L. Serg. Catilinam	Sextius Gellius,
Num. Fabius Pictor.	Agellius,
Q. Fabius Muxumus Servilianus,	L. Calpurnius Piso Frugi,
L. Cincius Aliment.	Lutatius Censorius,
P. Scipio,	L. Coelius Antipater,
C. Acilius,	Q. Aelius Tubero,
Claudius,	P. Rutilius Rufus,
C. Fannius,	P. Sempronius Asellio,
	Clodius Licinius,
	C. Licinius Macer.
	L. Cassius Hemina,
	Q. Claudius Quadrigarius
	Q. Valerius Antias,
	Cn. Aufidius,
	L. Cornelius Sisenna,
	Accius,

C. Sallustius Crispus,	Q. Tubero,
S. Gellius,	Iulius Marathus,
M. Terentius Varro,	Iunius Saturninus,
Q. Hortensius Ortalus,	M. Actorius Naso,
	Eulogius,
T. Pomponius Atticus,	T. Ampius,
	Valerius Messala,
Corn. Nepos,	Cassius Severus,
L. Fenestella,	Pestanus Vibonensis,
Tanusius Geminus,	Hostius,
Domitius,	Pescennius Festus,
Egnatius,	Augustus Caesar.
M. Octavius,	C. Oppius,
Asinius Pollio,	Massurius Sabinus,
C. Drusus,	Iulius Hyginus.
Cn. Lentulus Getulicus,	

EXCERPTAE HISTORIAE ex Ctesia, Agatharchide, Memnone, Appiani it. Iberica, et de gestis Annibalis, gr. ex edit. H. Stephani. in 8vo. Paris. 1557.

MEMORIAE POPULORUM e Scriptoribus Historiae Byzantinae erutae et digestae a Io. Gottl. Strittero. in 4to. Petropoli. 1771. Tom. IV. continent:

Tom. I. Gothica, Vandalica, Gepaedica, Longobardica, Herulica, Hunnica et Avarica,

Tom. II. Slavica, Servica, Chrovatica, Zachlumica, Terbunica, Paganica, Diocleica, Moravica, Bosnica, Bulgarica, Valachica, Russica, Polonica, Lithuanica, Prussica, Samotica, Permica et Boemica.

Tom.

Tom. III. Turcica, Chazarica, Ungrica, Patzinacica, Uzica, Comanica, et Tatarica.

Tom. IV. Lazica, Avasgica, Misimianica, Apsilica, Tzanica, Svanica, Meschica, Zicchica, Iberica, Alanica, Iuthungica, Carpica, Varnica, Chamavica, Varangica, Nemitzica, Dacica, Pannonica, Sarmatica, Scythica, Massagetica et Genealogias Gentium.

SCRIPTORES BYZANTINI.

GR. et LAT.

CORPUS HISTORIAE BYZANTINAE in fol. mai. Paris. e typ. regia. 1648 - 1702. Vol. XXXIV.
——————— in fol. Venetiis. 1729. Vol. XV. In quibus continentur:

PROTREPTICON de Scriptoribus Historiae Byzantinae, sive Apparatus delineatio.

EXCERPTA de Legationibus ex
Dexippo Atheniensi, Prisco Sophista,
Malcho Philadelphiensi,
EunapioSardiano, Menandro Protectore,
Petro Patricio et Theophylacto Simocatta Magistro, gr. et lat.
Omnia e Cod. MSS. a Dav. Hoeschelio edita; ex interpret. et c. not. Car. Cantoclari, nec non c. not. et animadv. Henr. Valesii. Item:

ECLOGAE Historicorum de Rebus Byzantinis, sive Excerpta ex
Olympiodoro, Theophane Byzantio,
Candido Isauro, Hesychio et Suida,
gr. et lat. c. not. Ioh. Meursii ad Hesychium, et Ph. Labbei not. et animadv. ad Olympiodorum, Candid. Theophan. et Suidae excerpta. in fol. Paris. 1648.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Procopio.

PROCOPII Caesariensis Historiarum Libri VIII. de bello persico, vandalico et gothico.

— de aedificiis Iustiniani Libr. VI.

— Arcana Historia; gr. et lat. c. interpr. Cl. Maltreti et not. Nic. Alemanni. in fol. Parisiis. 1662. Tom. II. Item:

NICEPHORI Caesaris BRYENNII Commentarii de Rebus Byzantinis; gr. et lat. ex edit. Petr. Possini. in fol. Parisiis. 1661.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Cedreno.

AGATHIAE Scholastici de Imperio et Rebus gestis Iustiniani Imp. Libr. V. access: eiusdem Epigrammata, gr. et lat. ex Bibl. c. interpr. et not. Vulcanii. in fol. Paris. 1660.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Chronico Paschali.

THEOPHYLACTI SIMOCATTAE Historiarum Libri VIII. gr. et lat. c. interpret. Iac. Pontani et Glossario graeco-barbaro; ex edit. C. A. Fabroti. in fol. Paris. 1647.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Agathia.

CHRONICON PASCHALE sive ALEXANDRINUM, gr. et lat. ex edit. Car. du Fresne. in fol. Paris. 1688.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Agathia.

SYNCELLI Georgii Monachi Chronographia, gr. et lat. c. tab. chronol. et annot. ex edit. Iac. Goar. in fol. Paris. 1652. Access:
S. NICEPHORI Patriarchae CP. Breviarium historicum, gr. et lat. ex interpr. Dion. Petavii. in fol. Paris. 1648.
——— in fol. Venetiis. 1729. c. Theophane.

S. THEOPHANIS Confessoris Chronographia; acces. LEONIS Grammatici vitae recentiorum Impp. gr. et lat. c. vers. not. et var. lect. Iac. Goar et Fr. Combefis. in fol. Paris 1655.
—— in fol. Venetiis. 1729. c. Syncello.

HISTORIAE BYZANTINAE Scriptores post Theophanem; gr. et lat. ex edit. Fr. Combefisii in fol. Paris. 1685.
—— in fol. Venetiis. 1729. c. Chalcocondyla.
Ubi continentur:
Chronici iussu Constantini Porphyrogenneti conscripti Libr. IV.
Constantinus Porphyrogennetus de Basilii Imp. avi vita.
Anonymus Continuator Theophanis.
Orthodoxorum Invectiva adversus Iconomachos.
Ioannis Ierosolymitani Narratio de Iconomachis.
Ioannes Cameniata et Demetrius Cydonius de excidio Thessalonicae.
Simeonis Magistri ac Logothetae Annales.
Georgii Monachi vitae recentiorum Imperatorum a Leone Armenio usque ad Constant. Porphyrogennet.

ANASTASII BIBLIOTHECARII Historia ecclesiastica et de vitis rom. Pontif. c. not. C. A. Fabroti. in fol. Parisiis. 1649.

—— in fol. Venetiis. 1729. c. Duca et Theophylacti Instit. regia.

GENESII (Iosephi) de Rebus constantinopolitanis Libr. IV. gr. et lat.
GEORGII PHRANZAE Protovestiarii Chron.
IOANNIS ANTIOCHENI cognomento MALALAE Historia; gr. et lat. c. interpr. et not. Edm. Chilmeadi et dissert. Humfredi Hodii.
LEONIS ALLATII Symmicta sive opuscula graeca et latina vetustiora ac recentiora, gr. et lat. in fol. Venetiis. 1733.

CEDRENI (Georg.) Compendium historiarum et Excerpta ex Breviario IOANNIS SCYLITZAE CUROPALATAE; gr. et lat. c. not. Iac. Goar. et C. A. Fabroti Glossario in fol. Parisiis. 1647. Tom. II.
—— in fol. Venetiis. 1729. c. Nicephoro Bryen.

THEOPHYLACTI Archiep. Bulg Institutio regia, ex interpr. Petr. Possini; gr. et lat. in fol. Venet. 1729. c. Anastasio et in Banduri Imp. Orient.
———————— gr. et lat. in 4to. Paris e typ. reg. 1651. rar.

CONSTANTINI MANASSIS Breviarium historicum gr. et lat. ex interpr. Io. Leunclavii, c. not. Meursii et var. lect. cura Leonis Allatii, et C. A. Fabroti. in fol. Parisiis. 1655. access:
CODINI Georgii et alterius cuiusdam Anonymi Excerpta de Antiquitatibus constantinopolitanis, ex edit. P. Lambecii.
MANUELIS CHRYSOLORAE Epistolae III. de comparatione veteris et novae Romae.

LEONIS cognomine SAPIENTIS Imp. Oracula c. fig. atque antiqua graeca paraphrasi.
EXPLICATIO Officiorum sanctae et magnae Ecclesiae, auctore incerto; gr. et lat. ex interpret. Bern. Medonii. in fol. Parisiis, 1655.
— in fol. Venetiis. 1729. c. Nicota Choniata et Georg. Acropolit.
— in fol. Venetiis. 1729. c. Chron. Orient.

GLYCAE (Michaëlis Siculi) Annales; gr. et lat. c. supplem. var. lect. annot. cura et stud. Phil. Labbei. in fol. Parisiis. 1660.
— in fol. Venetiis. 1729. c. Anna Comnena et Cinnamo.

ZONARAE (Ioannis) Annales; gr. et lat. Access: Disquisitio Topographica de Hebdomo constantinopolitano, ex recens. et c. not. C. du Fresne. in fol. Parisiis. 1686.—1687. Tom. II.
— in fol. Venetiis. 1729.

ANNAE COMNENAE Porphyrogenitae Caesárissae Alexias, sive de Rebus ab Alexio Imp. vel eius tempore gestis Libri XV. gr. et lat. c. not. et Glossario P. Possini, et praef. ac not. D. Hoeschelii. in fol. Parisiis. 1651.
— in fol. Venetiis. 1729. c. Cinnamo.

CINNAMI (Ioannis) Historiarum libri VI. de Rebus gestis a Ioanne et Manuele Comnenis Impp. et
PAULI SILENTIARII descriptio sanctae Sophiae, c. not. C. Fresne. in fol. Paris. 1670.
— in fol. Venetiis. 1729. c. Anna Comnena et Glyca.

NICETAE CHONIATAE Historia, H. Wolfio interpr. ex edit. C. A. Fabroti, gr. et lat. in fol. Parisiis. 1647.
—— in fol. Venetiis. 1729. c. Constant. Manasse.

GEORGII ACROPOLITAE Historia. Access: IOELIS Chronographia compendiaria et IOANNIS CANANI Narratio de Bello constantinopolitano, gr. et lat. Leone Allatio interprete, c. eiusd. notis ac Diatriba de Georgiorum scriptis in fol. Paris. 1651.
——— in fol. Venetiis. 1729. c. Constant. Manasse.

PACHYMERIS (Georgii) Michaël Palaeologus, gr. et lat. ex Bibl. Barberina, c. interpret. et observ. Possini. Access: Specimen sapientiae Indorum veterum. in fol. Romae. 1666.
——— in fol. Venetiis. 1729. c. eiusd. Andron.
—— Andronicus Palaeologus, gr. et lat. e Bibl. Barberiana, c. interpr. et observ. Possini. in fol. Romae. 1669.
——— in fol. Venetiis. 1729. c. eiusd. Mich. Palaeologo.

NICEPHORI GREGORAE byzantina Historia gr. et lat. ex lat. vers. et c. not. Hier. Wolfii, et Io. Boivin. in fol. Paris. 1702. Tom. II.
——— in fol. Venetiis. 1729.

CANTACUZENI (Ioannis) Historiarum Libr. IV. gr. et lat. c. lat. vers. et not. Iac. Pontani et Iac. Gretseri adnot. in fol. Parisiis. 1645. Tom. III.
——— in fol. Venetiis. 1729.

CHRONICON ORIENTALE latinitate donatum ab. Abr. Ecchellensi, c. supplem. Hist. orientalis, gr. et lat. in fol. Parisiis. 1685.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. P. Rahebi Chronico.

DUCAE, Michaëlis Ducae nepotis, Historia byzantina, et Chronicon breve, quo Graecorum, Venetorum, et Turcorum aliquot gesta continentur, gr. et lat. ex edit. Ism. Bullialdi. in fol. Parisiis. 1649.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Codino.

CHALCOCONDYLAE Laonici Historiarum Lib. X. Item: Annales Sultanorum, ex interpr. Io. Leunclavii et Pandectes Historiae turcicae, liber singularis ad illustrandos Annales, ex eiusd. Leunclavii adversariis, gr. et lat. ex edit. et c. Glossario C. A. Fabroti. in fol. Paris. 1650.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Scriptor. Hist. Byzant. post Theophanem.

CODINUS Georgius Curopalata de Officiis magnae Ecclesiae et Aulae Constantinopolitanae. Access:

Notitiae graecorum Episcopatuum a Leone Sapiente ad Andronicum Palaeologum.

Tituli honoris et Salutationes, quibus proceres tum ecclesiast. tum Palatini colebantur in orientis. Imperio, gr. et lat. ex edit. P. Iac. Goar. in fol. Paris. 1648.

——— in fol. Venetiis. 1729. c. Duca.

BANDURI (Anselmi) Imperium orientale sive Antiquitates constantinopolitanae, gr. et lat. in fol. Parisiis. 1711. Tom. II. ubi continentur:

CONSTANTINUS Porphyrogenitus de Thematibus Orientis et Occidentis.

HIEROCLIS Grammatici Synecdemus.

CONSTANTINUS Porphyrogenitus de administrando Imperio.

AGAPETI DIACONI Adhortationes ad Iustinianum Imp. de pie et sancte administrando Imperio.

BASILII MACEDONIS Imp. Adhortationes ad Leonem Philosophum filium de pie et sancte administrando Imperio.

THEOPHYLACTI Bulgariae Archiepisc. Institutio regia.

ANONYMI Patria seu origines urbis CPoleos et descriptio Aedis Sophianae.

BREVES DEMONSTRATIONES Chronographiae incerti auctoris.

NARRATIO NICETAE CHONIATAE de statuis CP.

CATALOGUS cum descriptione sepulcrorum imperialium.

GEORGII PACHYMERIS descriptio Augusteonis.

PHOTII Patriarchae CP. descriptio novae Ecclesiae SS. Deiparae.

EXCERPTA ex Codice regio MS. et Codino.

VARIA EPIGRAMMATA et Poëmata in celebriora urbis CP. monumenta.

VARIAE INSCRIPTIONES ad urbem CP. spectantes.

VARII CATALOGI Patriarcharum CP.

Sedes Episcoporum et Metropolitarum qui sub Patriarchis CP. olim fuere, hodieque permanent.

CATALOGI duo Imperatorum CP.

PETRUS GYLLIUS de Bosporo Thracio.

——— de Topographia urbis CP.

VETUS DESCRIPTIO urbis CP.

ANSELMI BANDURI Libri VIII. Commentariorum in Antiquitates CP. nec non animadversiones in Constantini Porphyr. libros de Thematibus et de administrando Imperio; ac breves notae ad opuscula Agapeti Diaconi, Basilii Macedonis et Theophylacti Bulgariae Archiepiscopi.
——— in fol. Venetiis. 1729.

DU FRESNE (Caroli) Historia byzantina duplici Commentario illustrata. Complectitur:
Familias ac Stemmata Impp. CP. cum eorundem Augustorum Numismatibus et aliquot Iconibus.
Familias dalmaticas et turcicas.
Descriptionem urbis CP. qualis exstitit sub Impp. christianis. in fol. Lutetiae Parisior. 1680.
——— in fol. Venetiis. 1729.

CONSTANTINI PORPHYROGENNETI Imp.CP. de Cerimoniis Aulae byzantinae Libri II. gr. et lat. ex edit. Io. H. Leichii et Io. Iac. Reiskii. in fol. Lipsiae. 1751-1754 Tom. II.

CORPORIS Historiae byzantinae nova Appendix, Opera Georgii Pisidae, Theodosii Diaconi, et Corippi Africani Grammatici complectens, gr. et lat. c. adnot. in fol. Romae. 1777.

NOTITIA dignitatum Imperii romani, ex nova recens. Ph. Labbei. in 12mo. Parisiis e typ. reg. 1651.

RAHEBI (Petri) Aegyptii Chronicon orientale c. nova interpr. et IV. dissert. I. Simonii Asse-

mani. in fol. Venetiis. 1729. c. Chron. Orient. Abr. Ecchellens.

HISTOIRE de l'Empire de Constantinople sous les Empereurs françois, ecrite par Geoffroy de Ville- Hardouin. Part. II. avec des tables genealogiques de plusieurs Familles. in fol. à Venise. 1729. c. Nicephoro Gregora.



CLASSIS IV.

PATRES et SCRIPTORES ECCLES.

GRAECI et LATINI.

ANNO P.C.N.

BARNABAS antea IOSES seu IOSEPH dictus, patria Cyprius, genere Iudaeus ex tribu Levi, in Apostolorum collegium sorte cooptatus, D. Pauli, gentium Apostoli, fidus in peregrinationibus comes, et laborum socius: Act. Apost. Cap. IV. 36 et XIII. 1. seqq. Sunt, qui volunt, eum primum Mediolani Episcopum fuisse; vero tamen magis simile est eum Alexandriae docuisse, et sub vitae finem in patria insula martyrio coronatum fuisse. Epistolam catholicam, allegoriis plenam, quae hodie sub ipsius nomine exstat, Clemens Alexandrinus et Origenes pro genuina, Eusebius vero et Hieronymus pro dubia et apocrypha habent, criticis recentioribus aeque in diversas sententias abeuntibus. Seculo tamen natam apostolico consentiunt fere omnes. 33.

— Epistola Catholica, inter Patres apostolicos I. B. Coteleri; gr. et lat. c. n. v. et Io. Clerici. in fol. Amster. 1724.

DIONYSIUS AREOPAGITA, patria Atheniensis, cuius meminit D. Lucas in Act. Ap. XVII. 34. primus, ut volunt, Atheniensium Epi- 49.

P.C.N.

scopus, teste alio quodam Dionysio Corinthiorum Episcopo, ap. Euseb. Circa A. Chr. 50. a Paulo Apostolo Athenis praedicante ad fidem Christi conversus, et manu ipsius ordinatus est, ut perhibent Suidas, Nicephorus et Syncellus. Eloquentiae et doctrinae laude in senatum etiam Areopagi cooptari meruit, et sub Domitiano tandem martyrio vitam finivit. Hunc in Gallias etiam venisse, et Francorum Apostolum primumque Parisiensium Episcopum fuisse, Hildvinus Abbas S. Dionysii Parisiensis Sec. IX. ut maiorem Abbatiae suae celebritatem ex antiquitate conciliaret, primus aliis persuadere voluit; cuius tamen commenti vanitatem duo inprimis eruditissimi viri, Iac. Sirmondus S. I. et Ioan. Launoius Sorbonae doctor, clare demonstrarunt. Nihil vero ex scriptis Dionysii huius ad nos pervenit, et quae sub eius nomine circumferuntur opera, quatuor primorum seculorum Christianis prorsus ignota, recentiori demum aevo, postquam scilicet Archiepiscoporum et Episcoporum hierarchia invaluerat, eidem supposita fuisse Erasmus, Valla, Perronius, Launoius, Labbeus, Pearsonus, et Dallaeus luculentis argumentis probarunt; Nic. Nourrius Monachus Benedictinus Sammauraeus intra an. 431. et 451. conficta esse censet. Perplexa certe et aenigmatica illa de Deo, perfectionibus divinis, coelesti hierarchia, Angelis, etc. doctrina, quae in his areopagiticis utramque facit paginam, recentioris Scholae Platonicorum theologiam mysticam olet. Hinc Guil. Caveus auctorem horum librorum areopagiticorum, Apollinarium seniorem Grammaticum et Laodiceae

P.C.N.

in Syria Presbyterum fuisse confirmat, qui circa an. Chr. 362. sub Iuliano claruit, et plures ad imitationem Veterum libros composuit.

—— Opera, cum scholiis S. Maximi et paraphrasi Pachymerae, a Balth. Corderio S. I. lat. interpret. et not. illustr. gr. et lat. in fol. Antwerp. ex offic. Plantiniana. 1634. Tom. II. edit. eleg.

——— omnia, commentariis illustrata, gr. et lat. c. Paraphrasi Georg. Pachymerae, et adnotationibus Balthasar. Corderii, post editionem Antverp. et Parisiensem, novis accessionib. var. lect. et Dissertatione praevia locupletata. in fol. Venetiis. 1755. Tom. II.

S. CLEMENS Romanus, Romae, ut fertur, 69.
ad montem Caelium, patre Faustino, matre Mattidia natus, quod tamen incertum est. A D. Paulo ad Philipp. IV. 3. laudatur; iuxta Originem S. Petri discipulus, Lini et Anacleti post an. Chr. 64. in sede pontificia romana successor usque ad an. Chr. 83. Cum Flavio Clemente Consule, Domitiani Imp. consobrino, qui propter Christi fidem circa an. Chr. 100. martyrium subiit, non confundendus. Ex hoc enim errore recentiorum de affinitate imperiali et martyrio Clementis Romani, nata est opinio, cuius tamen nec Eusebius, nec antiquiores Eusebio, Irenaeus, Clemens Alex. Tertullianus aliive meminerunt. Epistola eius prior ad Corinthios circa an. Chr. 69. scripta germana esse vulgo creditur; posterioris vero ad eosdem, quod superest, fragmentum, iam ab Eusebio et S. Hieronymo in suspicionem fidei adductum est. Reliqua sub eius nomine exstantia scripta,

P.C.N.

teste etiam Bellarmino, Baronio et Petavio recentiori aevo ab aliis conficta et supposititia sunt.

— Epistolae, in Bibliotheca Patrum Apost. Th. Ittigii in 8vo. Lips. 1699.

— Opera vera et supposititia, inter Patres Apost. Coteleri. in fol. Amstel. 1724.

— Epistolae, cum S. Ignatii et Polycarpi Epist. gr. et lat. c. n. var. et praef. I. Lud. Frey. in 8vo. Basil. 1742.

69. S. HERMAS fortassis idem, cuius meminit D. Paulus ad Rom. XVI. 14. Huic lib. III. Pastoris titulo, ex veteri latina interpretatione noti tribuuntur, et obiisse dicitur an. Chr. 80. Alii longe serius, eum vixisse circa an. Chr. 150. Piique Ep. rom. fratrem fuisse perhibent. Quiscunque fuerit, probabile est, eum Sec. I. vixisse.

— Pastor c. animadv. Casp. Barthii in 8vo. Cygneae. 1655. c. Mamerto Claudiano.

— c. not. select. var. et fragmentis graecis, quae in Coteleriana edit. desiderabantur. in 8vo. in Io. A. Fabricii Codice Apocrypho N. T. Hamburgi. 1719.

——— inter Patres Apost. I. B. Coteleri. in fol. Amstel. 1724.

116. S. IGNATIUS, qui et Theophorus et Nuranus syriaca dialecto audit, Apostolorum familiaris Novae seu Nurae in Sardinia natus, sedis Antiochensis in Syria Episcopus; Traiani iussu Romam in vinculis missus, ibique in amphitheatro leonibus obiectus, martyrium h. a. passus esse videtur. Supersunt aliquot eius

epistolae, quas Polycarpus collegit, ex quibus VII. pro genuinis, aliae pro interpolatis et spuriis habentur.

— Epistolae; cum Clementis et Polycarpi Epist. gr. et lat. in Bibliotheca Patrum Apostolicorum Th. Ittigii. in 8vo. Lipsiae. 1699.

— inter Patres Apostolicos I. B. Coteleri. in fol. Amstel. 1724.

— ex edit. et cum not. I. Lud. Frey gr. et lat. in 8vo. Basileae. 1742.

S. IUSTINUS MARTYR, graecis parentibus or- 139.
tus, Prisci filius, Bacchii nepos, Neapolim urbem Samariae Sichem olim dictam, natalem habuit. Universas fere philosophantium sectas perscrutatus, tandem in platonica substitit, circa an. 133. christiana sacra amplexus. Sub Antonino Romam profectus est, et an. 140. primam, quae in vulgaribus editionibus secundo loco ponitur, Apologiam pro Christianis edidit. Post haec in Asiam reversus, cum Tryphone Iudaeo colloquium habuit. Inde Romam rediit, et secundam Apologiam conscripsit, ubi a Crescente Philosopho cynico apud Imperatorem accusatus, an. 165. gladio percussus obiit. Ad genuina eius scripta referuntur: Cohortationes et Oratio ad Graecos; Apologiae II. de monarchia Dei; Dialogus cum Tryphone. Reliqua dubia aut spuria sunt.

— Opera omnia, ex edit. et. c. not. Fried. Sylburgii; gr. et lat. in fol. ex Typogr. H. Commelini. 1593. rar.

——— ex edit. Prud. Marandi Monachi Congr. S. Mauri; gr. et lat. in fol. Hagae Comit. (Paris)

P.C.N.

1742. Accesserunt Tatianus, Athenagoras, Theophilus Antiochenus, et Hermias, c. notis et nov. interpretationibus, edit. opt.

— Apologia prima; gr. et lat. ex edit. Grabei. in 8vo. Oxonii. 1700.

——— Secunda; gr. et lat. c. n. v. edita ab H. Hutchin. in 8vo. Oxonii. 1703.

——— duae Apologiae et Dialogus cum Tryphone; gr. et lat. c. n. et emend. Styani Thirlbii. in fol. mai. Londini. 1722. edit. opt.

———— gr. et lat. ex edit. Asthoni. in 8vo. Cantabr. 1768.

165. S. POLYCARPUS, Episcopus Smyrnensis, Sancti Ioannis Apostoli discipulus, sub Antonino Pio ad rogum, de quo visionem antea habuerat, damnatus, an. aetat. 86. ignis supplicium forti animo laetus pertulit; de martyrii eius anno tamen critici mire dissentiunt. Superest ex multis, quas scripsit, unica eius ad Philippenses epistola, quae num genuina, an spuria vel interpolata sit, critici certant.

— Epistolae, in Bibliotheca Patrum Apostolicorum Th. Ittigii, gr. et lat. in 8vo. Lipsiae. 1699.

— inter Patres Apostolicos I. B. Coteleri. in fol. Amstel. 1724.

— ex edit. Lud. Frey gr. et lat. in 8vo. Basileae. 1742.

166. ATHENAGORAS Atheniensis, Philosophus et Theologus, non minus christiana, quam gentilium theologia et scientia celebris. Gentilis adhuc ad oppugnandam Christi fidem induxit animum; dum vero hoc fine S. Scripturarum lectioni sedulo incumberet, ut Chri-

stianos-

P.C.N.

stianos propriis telis aggrederetur, meliora doctus, fidem, quam subvertere meditabatur, amplexus est. Relictis Athenis, Alexandriam commigravit, ibique philosophiam platonicam publice docuit, et scholae catecheticae Christianorum primus ante Clementem Alexandrinum praefuit. An. 168. Apologiam sive Legationem pro Christianis M. Aurelio et L. Vero Imp. obtulit.

—— de Resurrectione Mortuorum, et Apologia pro Christianis; gr. et lat. ex edit. Rechenbergi. in 8vo. Lipsiae. 1685.

—— ex edit. Ed. Dechair, gr. et lat. in 8vo. Oxonii. 1706. edit. opt.

—— cum Operib. Iustini, ex edit. Marandi. in fol. Hagae Com. 1742.

TATIANUS, gente Syrus, ex regione Mesopotamiae ortus, Rhetor et Philosophus; tandem vero Theologus christianus, Iustini Martyris discipulus. Primum oratoriam docuit et magnam inde gloriam sibi comparavit, in Gentilium disciplinis apprime versatus; mox Iustinum praeceptorem Romam comitatus, Crescentis ibi odium et insidias expertus est. Post martyrium Iustini, duce destitutus, et arrogantia inflatus, auctor sectae encratitae et hydroparastatae exstitit. Dogmata vero sua ex erroribus Gnosticorum Saturnini, Valentini, Basilidis et Marcionis hausit. Relicta Roma, et reversus in Orientem, scholam primum aperuit in Mesopotamia, praecipue vero Antiochiae ad Daphnen; in Cilicia etiam et Pisidia praedicavit. 172.

—— Oratio ad Graecos et Hermiae irrisio gentilium Phi-

losophorum; gr. et lat. in 8vo, Oxonii e theatro Sheldon. 1700. edit. opt.

—— cum Operib. Iustini, ex edit. Marandi. fol. Hagae Com. 1742.

178. IRENAEUS, Smyrna, ut videtur, oriundus, Presbyter primum, dein Episcopus Lugdunensis, ortu Graecus, et Polycarpi discipulus, insectator Sectae Valentinianae. In componenda paschali controversia plurimum laboravit, eoque nomine Victorem Romanum Pontificem per litteras acriter reprehendit. Sunt, qui eum sub persecutione Severiana capite truncatum, et martyrium passum fuisse, incerta fide affirment. Vetustiores certe Scriptores, Tertullianus, Eusebius, Augustinus, Theodoritus et Hieronymus in libro de Scriptor. Eccl. huius martyrii non meminerunt. Scripsit graece libr. V. contra Haereses; graeci autem Sermonis lib. I. et reliquorum fragmenta duntaxat supersunt, quae Epiphanius et Damascenus nobis conservarunt, et post Halloixium undique diligenter conquisita, latinae versioni adiunxit Grabeus, quam quidem versionem minus elegantem et salebrosam, exeunte sec. IV. occasione haeresis Priscilliani factam esse Dodwellus dissertatione singulari demonstravit.

—— contra Haereses libb. V. ex edit. Massveti, c. fragmentis a Pfaffio inventis et Maffaei Epist. in fol. mai. Venetiis. 1734. Tom. II. Vol. I. edit. opt.

181. THEOPHILUS, Initio profanae superstitionis assecla, tandem Christianus et Episcopus Antiochenus, haud diu ante mortem suam III. libros ad Autolycum scripsit. Eius liber con-

P.C.N.

tra Marcionem interiit; Commentarii vero latini in Proverbia Salomonis et in IV. Evangelia, ex quibus multa transcripsit Hieronymus, recentiori scriptori latino tribuuntur, qui eos ex genuinis Theophili Commentariis excerpsisse creditur.

—— Commentarior. ad Autolycum libb. III. cura Io. Fell, gr. et lat. c. not. in 12mo. Oxon. e theatro, Sheldon. 1684.

———— gr. et lat. c. n. v. et Chr. Wolffii in 8vo. Hamburgi. 1724.

—— cum Op. Iustini Martyris, ex edit. Marandi. in fol. Hagae Comit. 1742. edit. opt.

HERMIAS, Philosophus Christianus, vitae institu- 190.
to Scholasticus sive Advocatus, de cuius, patria, aetate et genere altum silent veteres.

—— Irrisio Gentilium Philosophorum, gr. et lat. in 8vo. Oxonii, e theatr. Sheldon. 1700. c. Tatiano edit. opt.

—— c. Operib. Iustini, ex edit. Marandi. fol. Hagae Com. 1742.

Q. SEPT. FLORENS TERTULLIANUS, Car- 200.
thaginensis Presbyter, Theologus antiquitatis peritissimus. Centurionem Proconsularem patrem habuit; litterarum humaniorum et inprimis iuris romani scientiam excoluit, perditissimis tamen in prima iuventute, ut ipse fatetur, moribus deditus, donec christianam religionem iam adultus amplexus fuerit. Presbyter Ecclesiae carthaginensis factus, fidei christianae causam et disciplinam egregie tutatus est. Tandem invidia et contumeliis Clericorum romanae Ecclesiae pro-

P.C.N.

vocatus Montanistarum coetui se adiunxit. Vir magni et fervidioris ingenii, atque omni fere literarum genere excultus. Dicendi genere usus est aspero, minusque comto et valde obscuro; salis tamen et acuminis plurimum habet, et multa ex recondita antiquitate eruit.

—— Opera omnia, c. not. Beati Rhenani ex edit. Sig. Gelenii. in fol. Basileae. ap. Froben. 1550. rar.

———— ex edit. N. Rigaltii. in fol. Lut. Paris. 1664. edit. opt.

—— Apologeticus, c. comment. Sig. Havercampi in 8vo. Lugd. Bat. 1718. edit. opt.

—— de Pallio, c. n. Claud. Salmasii. in 8vo. Lugd. Bat. 1656. rar.

202. CLEMENS (T. FLAVIUS) origine Atheniensis, Ecclesiae Alexandrinae Presbyter, Catecheta et Philosophus christianus, discipulus fuit Pantaeni, magister Origenis. Sub persecutione Severi solum vertere coactus, in orientem se recepit, atque Hierosolymis versatus, Ecclesiam ibi auxit; inde Antiochiam profectus est, et demum Alexandriam reversus circa exitum Caracallae obiit. Vir doctrinae et eloquentiae laude insignis, ex veterum profanorum scriptis argumenta pro veritate religionis christianae diligenter collegit.

—— Opera, gr. et lat. ex edit. Io. Potteri. in fol. Oxonii. 1715. Tom. II. edit. opt.

222. S. HIPPOLYTUS, Irenaei discipulus, genere Arabs, et vulgo Portuensis in Arabia Episcopus, Theologus et Chronologus. Initio principatus Alexandri Severi eloquentia, copiaque

P.C.N.

litterarum tam divinarum, quam humanarum illustris, et Clementis Alexandrini atque Origenis familiaris, de cuius patria, munere, mortisque tempore varie disputant viri docti. Eundem fuisse, cum Hippolyto martyre romano cuius meminit Prudentius, contendit Theod. Ruinart, dissentiente Guil. Caveo. Utrum Chronicon sive Canon paschalis a Scaligero primum in libro de emend. temp. graece editus, Hippolytum habeat auctorem, res dubia esse videtur. Ex genuinis eius scriptis pauca hodie supersunt integra.

—— Opera, gr. et lat. c. commentar. et dissertationib. varior. ex edit. Io. Alb. Fabricii. in fol Hamburg. 1716. edit. opt.

ORIGENES Leonidis filius, ob incredibiles labores Adamantius, quasi adamantini pectoris dictus, Clementis Alexandrini et Ammonii Saccae discipulus, Presbyter Alexandr. Theologus, Philosophus platonicus, et Grammaticus, parentibus ortus christianis an. 186. Ex assidua Pythagoricorum et Stoicorum lectione allegoricum in explicandis Graecorum mysteriis modum didicit, et iudaicis etiam scripturis interpretandis adhibuit. An. 202. sub Severiana persecutione patrem Leonidam martyrio coronatum amisit, cuius facultatibus in fiscum redactis, matrem cum VI. liberis ex professione artis grammaticae sustentavit. Praeceptori Clementi in schola catechetica successit; Romae, Athenis, in Palaestina et Arabia versatus, tandem Tyri an. aetat. 69. mortuus, ibique sepultus est. 229.

—— Opera omnia; gr. et lat. c. adnot. illustr. et mul-

tis dissertationibus ex edit. Car. Delarue. in fol. Parisiis. 1733. Tom. IV. edit. opt.

230. M. MINUCIUS FELIX gente, ut verisimile est, Afer, habitatione Romanus, inter causidicos non ignobilem locum tenuit; doctrina tamen et pietate longe nobilior. Superstitione Idolorum relicta, adultus coetui Christianorum nomen dedit et scripto dialogo (qui antea pro octavo Arnobii libro falso habitus est.) totum gentilium cultum, Deorumque prosapiam non minus erudite, quam ingeniose convellit. Elegantiae et concinnitatis studiosus in scribendo fuit; habet tamen, quae genium seculi et latinitatem ecclesiasticam atque ingenium Afrorum redolent.

—— c. not. Iac. Ouzelii. in 8vo. Lugd. Bat. 1672.

—— c. observat. N. Rigaltii, et not. Io. Davisii. 8vo. Cantabr. 1707.

—— c. n. var. ex edit. Gronovii, cum Caecil. Cypriano de Idolorum vanitate et Iul. Firm. Materno de errore profanar. relig. in 8vo. Rotterod. 1743. edit. opt.

—— et CAECILII CYPRIANI de vanitate Idolorum lib. c. n. v. et Io. Gottl. Lindneri in 8vo. Longosalissae. 1760.

239. S. GREGORIUS, qui et THEODORUS a miraculorum dono Thaumaturgus dictus, Neocaesareensis per Cappadociam Episcopus, miraculis potius, quam eruditione clarus. Parentes habuit gentiles, Alexandriae, Athenis et Beryti litteris operam dedit. Originem quoque per quinquennium audivit, et ab eo christianae fidei doctrina imbutus est. Tandem in patriam reversum, a Phaedimo Amaseae

P.C.N.

Antistite, modo plane mirabili Episcopum Neocaesareae ordinatum esse, narrat Gregor. Nyssenus, qui de signis etiam et miraculis, ab eo editis, plurima ex incertis rumoribus refert. Scripta, quae sub eius nomine circumferuntur, partim genuina, partim spuria sunt.

—— Opera, ex edit. Ger. Vossii, gr. et lat. in 4to. Moguntiae. 1604. Access. Miscellanea SS. aliquot Patrum gr. et lat. antea non edita, collectore Ger. Vossio.

———— cum Macarii Aegyptii et Basilii Seleuciensis Operibus, Zonarae item expositione canonicar. epistolar. gr. et lat. in fol. Paris. 1622. edit. opt.

CYPRIANUS (THASCIUS CAECIL) Afer, primum gentilis Rhetor, postea christianus; a Caecilio, Presbytero carthaginensi, cuius nomen etiam sibi assumsit, ad fidem Christi conversus, et ab an. Chr. 248. Episcopus carthaginensis, quem male Nazianzenus, Prudentius, Metaphrastes aliique cum Cypriano Praesule Antiocheno confundunt. Exorta sub Decio persecutione proscriptus, mox Ecclesiae suae redditus, iterumque in exilium pulsus, inde vero retractus an. Chr. 258. capitis damnatus est. Vir facili et acuto ingenio, bonis artibus apprime imbutus, et disciplinae ecclesiasticae vindex acerrimus, integro decennio sedem carthaginensem occupavit, et synodos plures ibi habuit. Tertullianum inprimis, quem magistrum suum vocare solebat, continuo manibus versavit. Opera eius, sole clariora vocat Hieronymus, quorum plura genuina, nonnulla vero ipsi falso adscripta sunt. 258.

P. C.N.

—— Opera, per Des. Erasmum Rotterod. in fol. Basil. ex offic. Hervagiana. 1540. rar.

——— Accedunt Dodvelli Annales Cyprianici, in fol. Bremae. 1690.

——— ad MSS. Codd. recognita et illustrata, studio Steph. Baluzii. in fol. Parisiis. 1726. edit. opt.

298. ARNOBIUS Sicca Afer, primum in patria urbe rhetoricam docuit; postea Theologus christianus et praeceptor Lactantii. Fidem christianam amplexurus, antequam baptismum ab Episcopo impetraret, edito adversus gentiles libro, veluti pignore certissimo, fidei suae sinceritatem testatus est. Permulta ex antiquitate et historia eruit, unde Varro ecclesiasticorum auctorum dictus est. In tradenda doctrina tamen saepius halucinatus excusari potest, quod e tenebris gentilium tunc emergens, fidei christianae elementis nondum satis instructus fuerit. Commentarii in Psalmos CL. soloecismorum pleni, quos sub eius nomine edidit Erasmus, alium Arnobium iuniorem proculdubio habent auctorem.

—— Commentarii in omnes Psalmos per Erasmum Roterod. proditi et emendati, cum eiusd. praefat. ad Pontif. rom. Adrianum et commentario in Psalmum: Quare fremuerunt gentes. in fol. Basileae ap. Io. Froben. 1522. rar.

—— adversus gentes libb. VII. c. n. et observ. var. in 4to. Lugd. Bat. 1651. edit. opt.

300. L. COELIUS sive CAECILIUS LACTANTIUS Firmianus, Rhetor et Theologorum christianorum Cicero. Patriam habuit Italiam, forte Firmio, quod agri Piceni oppidum est ad

P.C.N.

oram maris adriatici, oriundus. Arnobium Siccae tunc in Africa docentem audivit. Inde Nicomediam accitus est, ut iuventuti eloquentiae ludum aperiret. Tandem Constantino summa rerum potito in Galliam evocatus, Crispum Caesarem Constantini filium latinis litteris erudivit. Obiit extrema senectute, sed quo anno non constat. Elegantia, acumine et flumine orationis omnes patres ecclesiasticos antecellit. In theologia gentilium plurimum valuit; in principiis fidei christianae vero haud aeque exercitatus, ab aliis in confirmanda veritate doctrinae salutaris superatus est; unde Hieronymi de ipso iudicium: Lactantius, quasi quidam fluvius eloquentiae Tullianae, utinam tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena destruxit.

—— Opera, c. n. v. ex edit. Serv. Gallaei in 8vo. Lugd. Bat. 1660. rar.

—— de mortibus Persecutorum, c. n. var. et dissertat. ex edit. Pauli Bauldrii in 8vo. Traiect. ad Rh. 1693. rar.

—— Opera, ex edit. Nic. Lenglet du Fresnoy. in 4to. Parisiis. 1748. Tom. II. edit. opt.

———— ex edit. Bipontina. in 8vo. 1786. Tom. II.

—— Symposium, sive centum Epigrammata trissticha aenigmatica, c. not. Ios. Castalionis, Casp. Barthii, Frid. Besselii et alior. ex edit. Chr. A. Heumanni. in 8vo. Hannoverae. 1722.

S. METHODIUS cognomine, ut volunt EUBULIUS, primum Patarensis, tunc Tyrius Palaestinae Episcopus. Verosimile est, eum circa haec tempora floruisse, et sub Diocletiano 300.

P.C.N.

in vexatione Christianorum martyrio coronatum esse. Scripsit multa satis nitido sermone, inprimis vero Originem acriter oppugnavit. Revelationes, in quibus multa de Turcis, Antichristo, et extremo Iudicio praedicta sunt, falso illi attribuuntur, sed forte Methodium Patriarcham, qui circa an. 1240. claruit, habent auctorem.

— Opera, ex ed. Franc. Combefisii, gr. et lat. in fol. Parisiis, 1644. cum Amphilochii Operib. edit. opt.

315. EUSEBIUS, qui ab arctissima, quae illi cum Pamphilo Martyre intercessit amicitia, Pamphili cognomen sortitus est. Patriam habuit Palaestinam, urbem natalem forte Caesaream. Philosophus, Historicus et Theologus apprime doctus; incertum, an Arrianus, an Catholicus. Diligens praeterea antiquitatum ecclesiasticarum perscrutator. Sub persecutione Tyrum secessit, inde Aegyptum petiit, cessante persecutione in Palaestinam rediit, et Caesariensium Episcopus constitutus est. Concilio Nicaeno an. 323. interfuit, Constantino M. carus.

— Thesaurus temporum; gr. et lat. ex edit. Ios. Scaligeri c. eiusd. Isagogicor. Chronol. Canon. Libr. III. in fol. Amst. 1658.

— Praeparatio ac demonstratio evangelica, gr. et lat. in fol. Colon. 1688. Tom. II.

— SOCRATIS, SOZOMENI, THEODORITI, EVAGRII, PHILOSTORGII et THODORI Lectoris Hist. Eccles. gr. et lat. in fol. Cantabr. 1720. Tom. III. edit. opt.

— Commentar. in Psalmos et Esaiam. In Collectione nova Patrum Montfauconi. in fol. Paris. 1707. Tom. I.

P.C.N.

S. ATHANASIUS Alexandriae in Aegypto natus, et bonis litteris institutus, primum Episcopi patriae urbis Notarius, dein Diaconorum Primicerius, et an. 326. Episcopus constitutus est, cuius dogmata, teste Sozomeno, pro fidei orthodoxae lege habebantur. Acerrimus Arii adversarius et malleus fuit, ab Arianis vicissim quos per totam vitam sibi infensissimos expertus est, multis modis contusus sede etiam pulsus. Tandem pristinae dignitati iterum restitutus, varia fata forti animo pertulit, dicere solitus: persecutiones esse nubeculas cito transituras 326.

—— Opera omnia, cum nova interpretat. praefat. notis et var. lect. illustrata. Studio Monachor. Ord. S. Benedicti e Congregat. S. Mauri; gr. et lat. novis curis emendatiora et quarto Tomo aucta. in fol. Patavii. 1777. Tom. III. Vol. IV. ed. opt.

IULIUS FIRMICUS MATERNUS, Mathematicus et Theologus clarissimus, cuius nulla apud veteres occurrit mentio. Ex gentili factus est christianus, ut ex verbis eius de Erroribus prof. Gent. p. 7. colligere licet, inde ardens illi et vehemens gentiles ad fidem Christianam perducendi desiderium. Sub Constantino et Constante Augg. claruit, quibus librum suum de Erroribus prof. Gent. nuncupavit. Libros eius Astronomicorum, iuniori cuidam Iulio attribuit Baronius, nec probabile existimat, eundem virum, qui tam pium adversus gentilium superstitionem tractatum edidit, postea libros tam impios scribere potuisse. Sed fieri omnino potuit, Iulium Firmicum gentili superstitioni antea addictum hos libros scripsisse. 337.

P.C.N.

—— Astronomicorum libri VIII. in fol. Basileae. 1533. cum aliis tractat. veter. Astron. vid. Collection. Philos. et Astron.

—— de Errore profanarum Religionum Liber, c. n. v. ex edit. Gronovii. in 8vo. Rotterd. 1743. c. Minucio Felice.

337. MACARIUS SENIOR, cognomine MAGNUS, gente Aegyptius, ex Thebaide provincia oriundus; Monachus Scitensis, M. Antonii disciplinae monasticae auctoris discipulus. Cum XL. annos natus esset, in Presbyterum consecratus est, et LX. annos in solitudine exegit. Hoc anno ab Athanasio ad Constantinum Aug. missus est, ut criminationis invidiam ab Episcopo depelleret. Miraculis ipsi attributis, abstinentia et morum gravitate clarus, Homilias reliquit divinae sapientiae plenas.

—— Homiliae; gr. et lat. in fol. Parisiis. 1622. cum Gregor. Thaumaturg.

—— Opera, gr. et lat. ex edit. Io. Georg. Pritii. in 8vo. Lipsiae. 1714. Tom. II. vol. I.

350. S. CYRILLUS, Hierosolymitanae omnium Matris Ecclesiae Praesul, forte Palaestina oriundus, probe distinguendus á Cyrillo Alexandrino. Post Maximi exilium vel mortem in sede Hierosolymitana successor; antea Diaconus et Presbyter. Catechetae etiam munus exercuit. Ob amicitiam cum Acacio Caesariensi, Patrophilo Scythopolensi et Basilio Ancyrano, Semiarianorum Sectae addictis, in suspicionem venit, variamque fortunam expertus est, factione adversariorum exilio etiam multatus, et sub Iuliano tandem, ut videtur, pristinae dignitati restitutus; Concilio Oecumenico

P.C.N.

quarto Constantinopolitano an. 381. praefuit. Ex operibus eius quaedam pro genuinis, alia pro dubiis, et interpolatis, vel etiam spuriis habentur.

— Opera, quae supersunt, omnia; gr. et lat. notis illustr. et edidit Tho. Milles, cum R. Coci, A. Riveti et Ed. Albertini de s. Cyrillo eiusque Catechesibus iudiciis. in fol. mai. Oxonii e theatr. Sheldon. 1703. splendid. edit.

——— dissertationibus et notis illustrata, cum nova interpretat. Ant. Aug. Touttée, e Congreg. S. Mauri, gr. et lat. in fol. Parisiis. 1720. edit. optim.

S. HILARIUS, origine Gallus patria Pictaviensis non miscendus cum Hilario Arelatensi. Erroribus paganorum repudiatis, ad fidem christianam conversus, provectiore aetate ob insignem eruditionem aliasque virtutes Pictavorum Episcopus constitutus est, et contra Arianos constantem catholicae doctrinae defensorem se praestitit. Vir in Latinorum et Graecorum scriptis diu versatus, ex Origene plurima hausit, maiori tamen, quam Origenes in interpretanda S. Scriptura usus cautione. Ex more gentis suae grandiloquentiam et sublimitatem affectat; unde S. Hieronymus eum eloquentiae Rhodanum appellat. 350.

— Opera omnia, Studio Monachor. Ord. S. Benedicti e Congr. S. Mauri castigata et illustrata; demum novis curis ad Cod. MSS. exacta et accessione variorum Tractatuum aucta. in fol. Venetiis. 1749. Tom. II. uno Vol. ed. opt.

LUCIFER, Calaritanus Sardiniae Episcopus, Luciferianorum parens, sectae Arianorum in- 354.

P.C.N.

fensissimus; tandem ab Arianis et Constantio exilio multatus est, inde vero mortuo Constantio revocatus. Homo fervidi et vehementis ingenii, ut moribus, ita stilo, asper et durus.

—— Opera omnia, curantib. Io. Dominico et Iacobo Coletis. in fol. Venetiis. 1778.

364. S. GREGORIUS NAZIANZENUS, Nazianzi in provincia Cappadociae ortus, Athenis cum laude studiis perfunctus; Sasimorum primum in Cappadocia Episcopus, tum ab an. 378. Episcopus Constantinopolitanus, summus Basilii M. amicus; S. Hieronymi praeceptor, per eminentiam Theologus dictus, Orator et carminum scriptor, Iuliano inprimis infensus. Dicendi genere Isocratem et Polemonem imitatus est; Apollinario uberior, Basilio gravior.

—— Opera omnia; gr. et lat. c. comment. var. cura F. Morelli. in fol. Lipsiae. 1690. Tom. II.

———— accedunt: Caesarii eiusd. fratris, Eliae Cretensis Ep. et Pselli aliquot Libri; cum adnot. ex edit. et interpretat. lat. I. Lewenclaii. in fol. Basileae. ex Offic. Hervagiana. 1671. Tom. III. uno Vol.

———— ex versione lat. Iacobi Billii Prunaei, una cum commentariis Graecorum Nicetae, Serronii, Pselli, Nonnii et Eliae Cretensis; quibus accesserunt quamplurima a Iac. Tollio et L. A. Muratorio ex vett. Codd. collecta et notis illustrata. in fol. Venetiis. 1753. Tom. II.

365. S. BASILIUS MAGNUS, discernendus a Basilio Seleuciensi, ortu Cappadox, primum

P.C.N.

Presbyter Caesareensis Cappadociae; dein ab an. Chr. 371. eiusdem urbis Episcopus. Libanio Sophista Himerio et Proaeresio magistris usus Antiochiae, Constantinopoli et Athenis operam literis dedit. Vir probus, et Gregorii Nazianzeni familiaris; monasticum institutum tum exemplo, tum conditis regulis impense promovit; cuius patientia, pietas, eruditio et eloquentia elogiis veterum et recentiorum celebrantur. Operum, quae ipsius nomen praeferunt, pars genuina, pars supposita est.

—— Opera omnia, cum praefationib. et not. var. illustrata, gr. et lat. opera et studio Iuliani Garnier e Congr. S. Mauri. in fol. Parisiis. 1721. Tom. III. edit. opt.

S. EPIPHANIUS, Eleutheropolitanus, gente Palaestinus, Iudaeis parentibus ortus. Postquam Aegyptiorum Ascetarum mores et instituta perlustrasset, patriam repetiit, et circa h. annum. Episcopus Constantiae (antea Salamis dictae) in Cypro Insula constitutus est, disciplinae et doctrinae Origenianae vehemens adversarius. Hebraice, syriace, aegyptiace, graece et latine doctus; antiquitatum inprimis ecclesiasticarum callentissimus; in narratiunculis tamen sine ullo examine admittendis nimis credulus, atque in temporibus distinguendis parum accuratus. 367.

—— Opera; ex edit. D. Petavii, gr. et lat. in fol. Parisiis. 1622. Tom. II.

———— edit. auctior. in fol. Lipsiae. 1682. Tom. II.

—— contra octoaginta Haereses libb. III. ex interpret. lat. Iani Cornari. in fol. Basil. ap. Io. Opor. 1560.

P.C.N.
367. S. HIERONYMUS, Stridonensis Presbyter, Gregorii Nazianzeni Discipulus; Theologus, Rhetor et Philologus hoc et proximo seculo clarissimus. Stridone Dalmatorum, patre Eusebio Christiano natus; litterarum cultor, et religionis studiosus, multa ad eruditionem comparandam peragravit loca, tandem, ut literis et pietati se totum addiceret, monasticum vitae institutum amplexus, in solitudinem secessit. Ad extremum vero Bethlehemum venit, aetatem ibi transacturus. In addiscenda lingua hebraica, legendisque graecorum et latinorum auctorum scriptis assiduus; conficiendis libris omne tempus impendit, et vigiliis laboribusque corpus maceravit. Sacrae etiam Scripturae novam versionem latinam e textu hebraico et graeco iam senex concinnavit, ex qua tandem, et alia veteri latina recentior vulgata conflata est; cuius quidem duae exstant authenticae editiones: Sixtina nempe an. 1590. et Clementina an. 1592. quarum discrepantes lectiones collegit Thomas Iames in libello hodie rarissimo, quem inscripsit: Concordia discors Sixti V. et Clement. VIII. circa Hieronymianam editionem in 4to. Londini 1600. Magna variaque in ipso fuit eruditio, tantaque facundia, ut, iudice Erasmo, cum ipso Cicerone certare videatur. Ipse Hieronymus narrat in Epist. de virginitate ad Eustachium: se cum multum temporis legendo Ciceroni aliisque profanis auctoribus tribuisset, ardentissima tandem febri fuisse correptum et in spiritu ad tribunal iudicis pertractum, flagellisque propterea caesum fuisse, quod non Christianus, sed Ciceronianus esset.

—— Epistolae et Tractatus varii. in fol. Venet. per Io. Vercellensem. 1496. rar. Accedit: Regula Monachorum, ex scriptis D. Hieronymi excerpta, s. l. et an.

—— Opera, cum argumentis et scholiis Des. Erasmi. in fol. mai. Basil. ap. Io. Froben. 1516. Tom. IX. Vol. V. Editio omnium operum princeps et rara.

—— Index in Tomos omnes Operum S. Hieronymi, cum interpretat. nominum graecorum et hebraeor. per Io. Oecolampadium digestus. in fol. Basil. ap. Io. Froben. 1520. rar.

—— Opera omnia, post Monachor. Ord. S. Bened. e Congr. S. Mauri recensionem, ad Cod. MSS. romanos et alios castigata, ineditisque monimentis aucta, notis et observat. illustrata. Studio Dom. Vallarsii et March. Scip. Maffei. in 4to. mai. Venetiis. 1766-1771. Part. 24. Tom. XI.

—— de Viris illustribus, cum veteri versione graeca Sophronii, c. adnotat. varior. in fol. in Bibliotheca Ecclesiastica I. Alb. Fabricii. Hamburgi. 1718.

S. OPTATUS, Afer, Milevitanus in Numidia Episcopus, imperantibus Valentiniano et Valente, eruditione famaque insignis. Rerum factionis donatisticae scriptor; ob modestiam et nervosum disputandi genus apud veteres et recentiores magnae auctoritatis. 368.

—— de Schismate Donatistarum Libri VII. ex edit. Lud. Ell. du Pin, c. eiusd. ac Albaspinaei, Mer. Casauboni, C. Barthii, et alior. notis. in fol. Antverp. 1702. edit. opt.

S. EPHRAIM seu EPHRAEMUS, Nisibeno Syrus Theologus, Edessenus ac Propheta Syrorum cognominatus; circa hoc tempus flo- 370.

P.C.N.

ruisse videtur. Monasticae Philosophiae a teneris addictus, relicta tandem solitudine Ecclesiae Edessenae Diaconus factus, episcopatum detrectavit. Praeter vernaculam Syriacam, nullam aliam linguam calluit; cuius quidem scripta pene omnia ipso superstite graece versa sunt, maximo in honore olim habita.

—— Opera omnia, latinitate scholiisque donata a Gerardo Vossio. in fol. Coloniae. 1603. Tom. III. uno Vol.

——— graece. in fol. Oxon. e theatr. Sheld. 1709.

——— ex edit. Ios. Sim. Assemanni syr. gr. et lat. in fol. Rom. 1746. Tom. VI. ed. opt.

372. S. GREGORIUS NYSSENUS, in Cappadocia ab hoc an. ut videtur, Episcopus, et Symboli Constantinopolitani auctor. Frater S. Basilii M. natu minor; a Gregorio Nazianzeno a nimio rhetoricae studio ad sacrarum literarum cognitionem revocatus, morum sanctitate, eruditionis laude et stili elegantia conspicuus, a Graecis Pater Patrum honoris causa appellari meruit.

—— Opera; gr. et lat. in fol. Paris. 1638. Tom. III. rar.

374. S. AMBROSIUS non ARELATE, ut quidam volunt, sed Treviris ortus. Literis diligenter eruditus fuit, et causas primum in foro tanta cum laude egit, ut non modo insignia consularia, sed etiam Praefecturam provinciarum Liguriae et Aemiliae promeruerit. Provinciam ingressus, Mediolani sedem fixit, ubi mortuo Auxentio, urbis episcopo, accla-

P.C.N.

mante populo Praesulis officium invitus, ut quidam volunt, suscepit; reiectisque gentilium superstitionibus, religionis Christianae et disciplinae ecclesiasticae defensor acerrimus, neque raro iusto severior exstitit. Cum Symmacho, gentili Romae praefecto, eloquentiae laude clarissimo, de ara victoriae restituenda in arenam descendit, unde superior discessit. Arianis etiám invicto animo restitit; Theodosium vero Imp. ob truculentam Thessalonicensium caedem, ipsius iussu perpetratam, audacter reprehendit, nec ad Ecclesiam prius admittere voluit, quam publicam peregisset poenitentiam.

— Opera omnia, ex edit. Monachor. Ord. S. Bened. e Congr. S. Mauri, in fol. ch. mai. Parisiis. 1686-1690. Tom. II. edit. opt. et rar.

S. PHILASTRIUS, Brixiensis Episcopus, gente forte Italus; strenuus catholicae veritatis adversus Arianos propugnator. Totum fere orbis romani ambitum peragravit, ut gentiles et haereticos ad fidem orthodoxam reduceret. Concilio etiam Aquileiensi interfuit, S. Ambrosio familiaris, antiquissimus post Tertullianum de haeresibus inter latinos scriptor; in quibus tamen recensendis et accumulandis, teste S. Augustino, saepe hallucinatur. 380.

— de Haeresibus liber, cum emendationibus et notis I. Alb. Fabricii, in 8vo. Hamburgi. 1721.

AMPHILOCHIUS, ortu forte Cappadox, Iconii Lycaoniae Episcopus; ob edictum Theodosii Aug. h. a. adversus Arianos arte ingeniosa 381.

P.C.N.

impetratum celebris, et Basilio Magno ob eruditionem atque pietatem carus. Scripsit multa; an vero illa, quae hodie ipsi tribuuntur, genuina sint, non liquet.

—— Opera, ex edit. Franc. Combefisii gr. et lat. in fol. Parisiis. 1664. ed. opt.

384. S. AUREL. AUGUSTINUS, Tagastinus Afer, Episcopus Hipponensis; Theologus, Rhetor et Grammaticus. Primum Carthagine, Romae et Mediolani rhetoricam docuit; iuvenis inter causidicos aliquamdiu in foro versatus, Manichaeorum erroribus imbutus fuit, quibus tandem animum consuetudine S. Ambrosii liberavit, et post varios casus apud Hipponenses munus Presbyteri, deinde Episcopi obtinuit. Synodis pluribus interfuit; cuius oris facundia, stili elegantia, felicitas memoriae, acumen ingenii, morum probitas et summa diligentia, magnis laudibus efferuntur.

—— Opera omnia, cum Appendice in fol. Antverp. 1700-1703. Tom. XII. edit. opt.

——— ex edit. Monachor. S. Bened. e Congreg. S. Mauri in 4to. mai. Venetiis. 1756. Tom. XVIII.

—— de Civitate Dei libb. XXII. c. comment. Lud. de Vives. in 4to. Francof. 1661. Tom. II. edit. opt.

—— Confessionum libb. XIII. in 12mo. Colon. Agr. 1683.

386. HIERONYMUS, Graecus, Theologus incertae aetatis, nisi forte, ut Caveo videtur, idem sit, qui sub Theodosio M. claruit; fuitque Monachus, natione Dalmata, et historiam de vitis Sanctorum in Aegypto scripsit, quam tandem Palladius historiae suae Lausiacae fe-

P.C.N.

re verbotenus subiunxit; Alb. Fabricio autem exscriptus potius Palladius videtur ab Hieronymo Monacho, quem Io, Chr. Wolfius Presbyterum Hierosolymitanum auctoritate Io. Damasceni appellat.

—— duo Dialogi graeci, qui supersunt, gr. et lat. ex edit. I. B, Carpzov. in 8vo. Altenburgi. 1772.

S. IOANN. CHRYSOSTOMUS, patria Antiochenus, Libanii discipulus, primum Presbyter Antiochenus, tandem Episcopus CPolitanus, Theologus et Orator disertissimus; ob oris suavitatem, et eloquentiae vim Chrysostomus dictus. Iam adultus, cum matre a Melito Episcopo Antiocheno Sacris Christianorum initiatus est. Flagrante, ob deiectas Imperatoris statuas, seditione Antiochena celebres illas ad populum Antiochenum Homilias habuit. An. 398. reclamante licet Theophilo Alexandrino Episcopo, in Sede CPolitana collocatus, morum et disciplinae ecclesiasticae emendationem summo animi ardore instituit, et Gothis aliisque gentibus ad fidem catholicam convertendis, operam navavit. Hinc propter dicendi libertatem, in vituperandis Cleri et Optimatum inprimis Eudoxiaeque Augustae moribus atque vitiis, inimicorum factione, incitante vel maxime Theophilo, Episcopo Alexandrino, et suffragante Eudoxia bis munere exutus, exacto demum triennali exilio, curis et molestiis fractus, vitam finivit. 398.

—— Opera omnia, ex edit. Bern. de Montfaucon. in fol. Parisiis. 1718—1738. Tom. XIII. edit. opt. et splend.

P.C.N.

398. RUFINUS TORANUS, gente Italus, Concordiae natus, Presbyter Aquileiensis, Theologus et plurium librorum graecorum, inprimis Eusebii H. E. interpres minus diligens et sublestae fidei, diversus a Rufino Rhetore et Grammatico; summus Origenis admirator, propter cuius causam strenue defensam cum Hieronymo etiam olim amico suo ingentes lites exercuit. Tandem ex Oriente in Italiam redux, senio et morbo confectus, Messinae obiit.

— Opera, ex edit. Dom. Vallarsii. in fol. Veronae. 1745.

— Opuscula quaedam, in fol. Parisiis. 1580.

399. SYNESIUS, ortu Cyrenensis, genere nobilis, Philosophus platonicus, discipulus Hypatiae, secularibus muneribus magna vitae parte functus, tandem Theophili Episcopi Alexandrini ambitione, Ptolemaidis Lybiae Cyrenaicae Episcopus creatus est. Quod quidem munus aegre ac multum reluctans suscepit, vitae philosophicae studiosissimus. Epistolae eius et Sermones elegantia et nobilitate stili, cogitationum item sublimitate et iocorum acutissimorum varietate commendantur. Sermone, de Regno, ad Arcadium Imp. de virtutibus regiis, bonique principis officiis mira libertate disserit, et eximia praecepta tradit.

— Opera, gr. et lat. ex edit. Dionys. Petavii in fol. Lutetiae. 1612. ed. opt.

400. SULPICIUS SEVERUS, natione Gallus, domo Aquitanus, genere nobilis, S. Martini Episcopi Turonensis discipulus, Primuliacensis

P.C.N.

in Aquitania Presbyter. Iuridicundo primum operam dedit, et inprimis Ciceronis atque Sallustii lectione delectatus est. Uxorem e consulari familia duxit; qua dein amissa, vitam instituto monachali similem egit. Scripsit stilo haud ineleganti, et supra seculi sui genium terso; in laudando vero Martino Ep. eiusque miraculis nimius est et superstitiosus.

— Opera ad MSS. Cod. emendata, notis, observat. et dissertationib. illustrata; studio Hieronymi de Prato. in fol. Veronae. 1741—1754. Tom. II. ed. opt. rara.

— Sacrae Historiae Lib. II. cum Comment. Car. Sigonii. in 8vo. Bononiae. 1581. rar.

—— ex edit. Georg. Hornii. in 8vo. Lugd. Bat. 1647.

—— cum Comment. C. Sigonii, var. not. et I. Vorstii animadv. in fol. Mediolan. 1734. inter Opp. Sigonii, Tomo IV. Item Censura in Commentarium Sigonii, eiusdemque Responsiones, Tomo VI.

IO. CASSIANUS, ortu fortassis Gallus, postea Scetensis Eremi Anachoreta, tandem monasterii apud Massilienses Abbas, et factionis semipelagianae auctor. Photius eum patria Romanum, Guil. Caveus vero genere Scytham ex Taurica Chersoneso oriundum, et Athenis natum esse scribit. Varia dogmata, a fide orthodoxa aliena, nimio Pelagianos oppugnandi studio et fervore in suis scriptis defendit. 404.

— Opera omnia; cum Comment. Alardi Gazaei Ord. Bened. ab eodem denuo recognita. in fol. Lipsiae. 1733. edit. opt.

P.C.N.
412. S. CYRILLUS, patria Alexandrinus, Theophili Alexandrini ex fratre Nepos, et in Episcopatu successor; praestantior eruditione Theologus, quam vir bonus; non confundendus cum Cyrillo Hierosolymitano. Synodo oecumenicae Ephesinae an. 431. praefuit, Novatianos Alexandria expulit, et Iudaeorum in Christianos insultus, tanta vi repressit, ut illos facultatibus spoliatos, incensis Synagogis urbe eiiceret. Vir ingenii vehementis, atque ad certamina natus. Ioannis etiam Chrysostomi in vita et post mortem hostis infensissimus, cui id etiam vitio vertitur, quod Hypatiam doctissimam foeminam Alexandrinam, odio et livore ductus, membratim a concitata plebe in tumultu Alexandriae contra Iudaeos discerpi permiserit. In operibus eius plus ingenii, quam eloquentiae est, caputque inter illa extollit, quod contra Iulianum Imp. floridiori stylo scripsit.

—— Opera omnia; in fol. Basileae ap. Hervagium. 1566. Tom. V. Vol. II. rar.

—— cura et studio Io. Auberti; gr. et lat. in fol. Lutetiae. typ. reg. 1638. Tom. VII. edit. opt. et rar.

—— contra Iulianum Imp. libb. X. graece, cum interpret. lat. Io. Auberti, edidit Ezech. Spanhemius. in fol. Lipsiae. 1696. (c. Op. Iulian. Imp.)

418. MARIUS MERCATOR, Theologus, Afer, originis incertae, publicum munus non obiit; fuit vero S. Augustini studiosissimus, et doctrinae catholicae contra Pelagianos, Nestorianosque acerrimus defensor, graece simul ac latine doctus. Plura ex aliorum scriptis consarcinavit, et ex graecis latina fecit, quam ex suo ingenio elucubravit.

—— Opera ex ed. Io. Garnerii. in fol. Par. 1673. Tom. II.

——— ex edit. Baluzii. in 8vo. Paris. 1684.

S. NILUS, patria Constantinopolitanus, nobilitate generis atque opibus illustris, Io. Chrysostomi discipulus, tandem urbis patriae Praefectus; ad extremum vero, uxore dimissa, in solitudinibus Aegypti et monte Sinai Anachoreta. Multa conscripsit opuscula, et insignem epistolarum farraginem reliquit. 420.

—— Opera quaedam, nondum edita; recensuit et vertit Petr. Possinus S. I. gr. et lat. in 4to. Parisiis 1639. rar.

—— Opuscula, a Ios. M. Suarezio notis illustrata; gr. et lat. in fol. Romae. 1673. rar.

—— Epistolarum libb. IV. cum Diatriba Allatii de Nilis. in fol. Romae. 1668. rar.

THEODORETUS vel THEODORITUS, natione Syrus, domo Antiochenus, Cyri in Syria Episcopus, Theologus eximius, et rerum christianarum scriptor insignis. Concilio Ephesino I. interfuit, et cum sex Episcopis legatus, Orientalium nomine, CPolim missus est, ubi causam Nestorii contra Cyrillum apud Imp. Theodos. Iun. frustra egit. Io. Chrysostomum habuit praeceptorem. In Cyrillum Alexandrinum, a Nestorio olim familiari suo rogatus, stilum strinxit, atque adeo in suspicionem haeresis Nestorianae venit, quam tamen non defendit. Ingenium, quod a natura nactus est praeclarum, multifaria eruditione excoluit, estque in commentariis suis 423.

P.C.N.

unus ex optimis et praecipuis S. Scripturae interpretibus.

— Historia ecclesiastica, cum Eusebio, Socrate, Sozomeno, etc. gr. et lat. in fol. Cantabr. 1720. Tom. III.

— Opera omnia, ex recens. Iac. Sirmondi; gr. et lat. c. var. lect. ed. Io. Lud. Schulze. in 8vo. Halae. 1769. Tom. V. Vol. X.

425. PHILOSTORGIUS, Cappadox, Arianorum Eunomianorumque Patronus; res christianas ab Ario usque ad fatalem Honorii Aug. annum h. e. an. Chr. 425. stilo persecutus est.

— Historia ecclesiastica, c. dissertationib. not. et suppl. Iac. Gothofredi, gr. et lat. in 4to. Genevae. 1642. edit. opt. et rar.

——— gr. et lat. cum Eusebio. in fol. Cantabr. 1720. Tom. III.

426. TIRO PROSPER, Aquitanus, Leoni Papae ab epistolis, Theologus, Chronographus et versificator. Iuvenis omnibus deditus vitiis; tandem Augustini doctrinam et memoriam studiose coluit, atque defendit. An Laicus, vel, ut alii volunt, Rhegiensis in Italia, aut Regensis in Aquitania, Galliae provincia, Episcopus fuerit, non constat. Vir fuit, iudice Ios. Scaligero, doctissimus et peritissimus.

— Opera omnia, cum eiusd. Chronico integro et II. Appendicibus ad MSS. Cod. emendata. in fol. Paris. 1711. edit. opt.

— Chronicon; in fol. in Canisii Thes. Mon. Tomo I.

431. S. ISIDORUS PELUSIOTA, gente Aegyptius, ortu forte Alexandrinus, S. Chrysostomi di-

P.C.N.

scipulus; Monachorum in monte Pelusio Abbas, inde Pelusiota dictus. Vir pius, memoriam praeceptoris sui Chrysostomi impense coluit, et scriptis eleganti nitidoque stylo 2013. epistolis S. Scripturam interpretatus est. Probe distinguendus ab Isidoro, gentili philosopho, cuius Suidas meminit, et Isidoro Hispalensi Ep. atque a Pseudo-Isidoro Mercatore epistolarum decretalium inficeto sarcinatore.

—— de interpretatione divinae Scripturae epistolarum libb. V. ex interpret. Iac. Billii, Cunrad. Rittershusii, et Andr. Schotti, gr. et lat. in fol. Paris. 1638. edit. opt. et rar.

VINCENTIUS Lirinensis, gente Gallus, nobili 434.
familia ortus, primum miles, deinde Monachus et Presbyter Lirinensis, Semipelagianismi suspectus.

—— Commonitorium adversus prophanas haeresium novitates, cum Salviano, ex edit. St. Baluzii. in 8vo. Parisiis. 1669. edit. opt.

SALVIANUS, gente Gallus, Presbyter Massili- 440.
ensis, non Episcopus; vir eloquens et doctus. Plurima opera scripsit candido et succincto sermone, quorum pauca duntaxat supersunt. Religionis et morum praecipuam ubique habuit rationem, meruitque inde Scriptor christianissimus appellari.

—— Opera; curante Cunrado Rittershusio, c. eiusd. commentario et not. var. in 8vo. Norimberg. 1623. Tom. III. duob. Vol. edit. rar.

——— ex edit. et cum not. St. Baluzii. in 8vo. Paris. 1669. edit. opt.

P.C.N.
440. LEO Papa I. cognomine MAGNUS, patria Romanus: ab hoc an. Episcopus Romanus, absens renunciatus, dignitatis atque auctoritatis pontificiae latius provehendae studiosus exstitit Catholicae fidei acerrimus defensor. Manichaeis ex Africa a Vandalis fugatis, et Romae refugium quaerentibus, quod Eucharistiam sub utraque specie sumere recusarent, sacrilegii notam palam inussit, eosque a Sanctorum societate sacerdotali auctoritate pelli iussit, Sermone IV. de Quadragesima. Attila Hunnorum duce ärma in Italiam movente, missus fuit a Valentiniano Aug. ad Attilam legatus, eiusque animum facundiaet precibus emollivit. Cuius rei causam in duos viros supra caput supplicantis Leonis PP. strictos gladios vibrantes, et sibi, nisi obtemperaret, mortem minari visos (qui quidem Petrus et Paulus Apostoli putati sunt) retulisse fertur Attila. Romam praeterea a Vandalis direptam interventu suo ab incendio et internecione servavit.

—— Opera omnia, post Paschasii Quesnelli recensionem denuo recognita, praefat. et adnotationib. illustrata, novisque accessionib. aucta, curantibus P. et H. fratribus Ballerinis. in fol. Venetiis. 1753. Tom. III. edit. opt.

448. SOCRATES SCHOLASTICUS, patria CPolitanus, Helladium et Ammonium, qui Alexandria profugi CPoli scholas aperuerant, praeceptores habuit. Virilem aetatem ingressus, in foro causas egit, unde Scholasticus dictus est. In historia ecclesiae scribenda, iudicio et diligentia usus est singulari.

P.C.N.

—— Historia ecclesiastica, gr. et lat. c. Eusebio. in fol. Cantabr. 1720. Tom. III.

SOZOMENUS SALAMANES HERMIAS, Historicus, ortu, ut videtur, Palaestinus, ex Bethelia Palaestinae vico genus suum duxit, et ex Salamane quodam consanguineo, uti censet Valesius, non vero Salamine Cypri urbe, ut Nicephorus, Salaminius dictus est. In Palaestina educatus, Beryti Phoeniciae primum iurisprudentiae, postea CPolim profectus, causis agendis operam dedit. Historiam ecclesiasticam post Socratem scripsisse videtur, quem dictionis duntaxat elegantia vincit, non iudicio. 448.

—— Historia Ecclesiastica; gr. et lat. cum Eusebio. in fol. Cantabr. 1720. Tom. III.

MAMERTUS CLAUDIANUS ECDICIUS, gente Gallus, Presbyter Viennensis, et Mamerti fratris, ecclesiae istius Archiepiscopi Adiutor sive Chorepiscopus, Orator, Philosophus et carminum scriptor, sui aevi doctissimus, quem Sidonius sibi amicissimum lib. IV. ep. III. et XI. multis laudibus prosequitur. 458.

—— de statu animae libb. III. c. animadv. Casp. Barthii, et not. A. Schotti. Accessit: Georg. Thaumaturg. lib. de anima et Hermae Pastor. in 8vo. Cygneae. 1655.

———— c. n. v. ex edit. Heinsii et Schrevelii. in 8vo. Amstelod. 1665. ed. opt.

NONNUS Panopolites, gente Aegyptius, aetatis incertae, ab Anastasii Aug. principatu tamen non multum abfuisse, Cl. Saxio videtur. Primum forte gentilis, Dionysiaca sive Bacchi 492.

P.C.N.

fabulam cum universa eius gente e Phoenicia deductam conscripsit; tandem sacris christianorum addictus, Theogoniam paraphrasi in Evangelium Ioannis expressit. In scriptis suis ubertatem et tumorem adfectans, saepe lectorem nimia obscuritate fatigat.

— Dionysiaca, graece ex Bibl. Io. Sambuci Pannonii, c. lect. et coniecturis Ger. Falkenburgii. in 4to. Antverp. 1659. edit princeps et rar.

——— gr. et lat. ex edit. Eilh. Lubini, ex Bibl. Io. Sambuci Pannonii, c. lect. et coniect. Ger. Falkenburgii. in 8vo. Hannoviae. 1605. Accedunt: Cunaei animadversiones et Heinsii dissertatio.

— Paraphrasis Evangelii Ioannis, gr. et lat. c. Homericis et Virgilianis Centonibus in quaedam historiae sacrae capita scriptis. in 12mo. 1578. ap. Henr. Stephan.

——— gr. et lat, carmine heroico graeco conscripta c. interpr. lat. Erh. Hedeneccii. in 8vo. Basileae. 1596.

——— gr. et lat. c. textu Evangelistae graeco et interpr. exercitationib. item D. Heinsii. in 8vo. Lugd. Bat. 1627. edit. opt.

492. GENNADIUS, gente Gallus, Presbyter Massiliensis, in sacris Scripturis eruditus, humaniorum etiam literarum non ignarus. Multa conscripsit opuscula, et antiquorum Patrum volumina de graeco in latinum sermonem traduxit, quorum tamen pauca supersunt. De illius doctrina orthodoxa discrepant tam veterum, quam recentiorum iudicia.

— de Scriptoribus ecclesiasticis c. n. v. in Bibliotheca Eccl. I. Alb. Fabricii. in fol. Hamburg. 1718.

P.C.N.

S. FULGENTIUS, gente Afer, domo Leptinus, illustri familia carthaginensi ortus; ab. h. an. Episcopus Ruspensis, non miscendus vel cum Fab. Furio Fulgentio Grammatico, vel cum Fulgentio Ferrando huius discipulo, vel cum Fab. Claudio Gordiano Fulgentio, libri, de aetatibus mundi, auctore. Iussu Trasimundi Regis Vandalorum in Sardiniam relegatus, pristina vitae monasticae instituta aliquamdiu recoluit, tandem post mortem Trasimundi Sedi suae cum honore restitutus. Vir fuit eximia doctrina et insigni pietate, inter suae aetatis Episcopos clarus. 505.

—— Opera omnia ad MSS. Codd. emendata et aucta. Accesserunt: D. Amedei Ep. Lausanensis Homiliae in fol. Venetiis. 1742. edit. opt.

MAGNUS AUREL. CASSIODORUS Senator, gente Italus, patria Lucanius, sive Bruttius, stirpe Romanus, Senatoria familia oriundus. Theodorico Regi carissimus, a quo primum ad varios honorum gradus evectus, tandem an. 514. Consulatum solus gessit. Philosophus, Rhetor et Grammaticus, ut illa tempora ferebant, doctissimus. Velut sidus quoddam inter gothici seculi barbariem eluxit. Tandem a Vitige Rege exauctoratus, vitae seculari renunciavit, et otium meditatus, coenobium Vivariense in patrio solo, extrema nempe Calabriae parte, prope Scyllacium exstruxit, ibique Abbatis munere functus, nonagenario maior obiit. 514.

—— Opera omnia; ex edit. Garetii. in fol. Venetiis. 1729. Tom. II. in uno Vol. edit. opt.

THEODORUS ANAGNOSTA, sive Lector CPo- 527.

P.C.N.

litanus et Historiographus. Cuius Historiae ecclesiasticae excerpta duntaxat supersunt, quae Nicephorus Callistus nobis servavit.

— Histor. Eccles. gr. et lat. cum Eusebio. in fol. Cantabr. 1720. Tomo III.

572. GREGORIUS, Turonensis Archiepiscopus, Theologus et Historicus, patria Arvernus, nobili genere ortus, patre Florentio, inde et Florentius appellatus; ab Euphronio Episcopo successor sibi designatus est. Vir suo aevo haudquaquam ineruditus, in quo tamen iudicium et ingenii acumen desideres, qui religiosa simplicitate multa aliter, quam se res habet, aestimavit.

— Opera omnia, nec non FREDEGARII Scholastici Epitome et Chronicum, cum suis continuatorib. aliisque antiquis monimentis, notis et observationib. illustrata, studio Theod. Ruinarti. in fol. Paris. 1699. edit. opt. et rar.

580. IOANNES SCHOLASTICUS cognomine vulgari CLIMACUS, Monachus Sinaita, cum Ioanne Exscholastico non miscendus; inter primores sui aevi ascetas doctrina et pietate enituit, et pene centenarius obiit.

— Opera omnia, interprete Matth. Radero. S. I. in fol. Paris. ap. Cramoisy. 1633. rar.

590. GREGORIUS PP. I. cognomine MAGNUS, ortu Romanus, Gordiani Senatoris filius, Felicis III. Papae abnepos, ex Praefecto urbis Monachus, a Pelagio II. Papa Diaconus creatus, et CPolim ad Imperatorem Mauricium Apocrisiarius missus. Tandem post mortem Pelagii, invitus licet, ad Pontificatum evectus,

et

P.C.N.

et accepto Imp. Mauricii consensu, consecratus est. Labefactas Ecclesiae res restauraturus, et Clericos Monachosque reluctantes, ad severiorem disciplinae normam revocaturus, frequentes synodos habuit. Vir erat pietate, zelo, humilitate et doctrina insignis. Cyriacum inprimis CPolitanum, ut vocat Coëpiscopum et fratrem suum oecumenici sive universalis Episcopi titulum sibi arrogantem, graviter reprehendit, edixitque in litteris, ad Mauricium Aug. datis, Epist. XXXIII. lib. VII. eum, qui se universalem Sacerdotem vocaverit, vel vocari desideraverit, in elatione sua Antichristum praecurrere, quia superbiendo se caeteris praeponit. Hoc vero illi iure meritoque vitio vertitur, quod datis ad Phocam tyrannum literis, imperium illi pessimis flagitiis arreptum gratulatus fuerit, et scelestissimo parricidae turpiter blandiendo, in piissimi principis Mauricii manes iniurius esse non reformidaverit; deinde quod immoderato zelo mathematicas disciplinas urbe exulare iusserit, et quo maior esset S. Scripturae auctoritas, atque in ea evolvenda diligentia, nobilissimae bibliothecae palatinae in cuius archivis insignia venerandae antiquitatis recondebantur monimenta, ignem admoverit, incendioque deleverit, Scripta Palatinus quaecunque tenebat Apollo.

—— Opera omnia, ex edit. Monach. Ord. S. Benedicti e Congreg. S. Mauri, in fol. Parisiis. 1705. Tom. IV. edit. opt.

EVAGRIUS Epiphaniensis Syrus, Scholasticus. 593.
Puer grammaticam didicit, mox scholas rhetoricas adiit, tandem inter advocatos coo-

ptatus est. In historia credulus nimis, et fabularum fictorumque miraculorum sectator.

— Historia Ecclesiastica, gr. et lat. cum Eusebio. in fol. Cantabr. 1720. Tomo III.

640. S. MAXIMUS Confessor, patria CPolitanus, Monachus et Abbas Chrysopolitani prope CPolim monasterii, Theologus, Mathematicus, Grammaticus et computi ecclesiastici auctor. Omni disciplinarum genere egregie excultus; ab Heraclio Imp. primum in aulam adscitus, regiis Commentariis conscribendis operam dedit. Vitae tandem aulicae pertaesus, in solitudinem secessit. Persarum metu territus, in Africam profectus est; inde Romam delatus, Martinum Papam quo familiariter usus est, ad Concilium Lateranense celebrandum impulit, et ipse etiam Concilio interfuit. Iussu Constantis Imp. militari manu Roma abductus, et Constantinopoli in carcerem coniectus, deinde vero in Thraciam relegatus est.

— Opera omnia, ad Codd. MSS. recognita et notis illustrata, studio et opera F. Combefisii. in fol. Paris. 1675. Tom. II. edit. opt.

680. S. ANDREAS, Damasco oriundus, ex Monacho hierosolymitano primum Diaconus CPolitanus, postea Archiepiscopus Cretensis, de cuius aetate inter eruditos non convenit. Plura ex operibus illi attributis, ut sunt Homiliae de festivitatibus, seculo demum. IX. institutis, recentioris aevi et supposititia sunt.

— Orationes, selectique Canones et Triodia; studio et opera Fr. Combefisii gr. latine reddita et not.

P.C.N.

illustrata in fol. Paris. 1644. cum Amphilochii et Methodii operib.

BEDA seu BEDAS, ex Anglo-Saxonum genere oriundus, ob religionem et modestiam VENERABILIS cognomen adeptus, Presbyter monasterii Wirimundensis, Theologus, Poëta, Rhetor, Astronomus, Historicus et Philosophus sui seculi clarissimus. In monasteriis Angliae Wirimundensi et Girwicensi adolevit, vixit et consenuit. Vir omnis generis eruditione, et linguarum penitiore cognitione ita excultus, ut omnibus admirationi fuerit, cuius tamen facilitas in credendis multis, quae priora secula non crediderant, suspecta est. 720.

—— Opera omnia; in fol. Colon. Agrip. 1688. Tom. VIII. Vol. IV. edit. opt.

S. IOANN. DAMASCENUS, ex Syria parentibus illustribus oriundus, cognomine CHRYSORRHOAS ab eloquentia dictus, ex Praetore Principis Saracenorum Monachus et Presbyter factus. Fervente iconoclastica controversia, imaginum acerrimus defensor exstitit, cuius dextrae manus iussu Principis Saraceni amputatae, et per miraculum in integrum restitutae historia, fabulam sapit. Primus locos theologicos in ordinem redegit syntheticum et philosophiae Aristotelicae adplicuit, in legendis Patrum scriptis, quam in sacris litteris diligentior, cuius tandem vestigiis institerunt Scholastici. In rebus historicis nimium credulum fuisse, et in multis eius scriptis fidem vacillare candide notavit Baronius, pluribusque ostendit Casaubonus. 727.

P.C.N.

— Opera omnia, c. adnotationib. et dissertationib. illustrata, studio P. Mich. Lequien Ord. FF. Praedicatorum. in fol. Parisiis. 1712. Tom. II. ed. opt.

769. FLACCUS ALCVINUS vel ALBINUS, gente Anglo-Britannus, Bedae discipulus, et Ecclesiae Eboracensis Diaconus, coenobiique Cantuariensis Abbas. A Carolo M. in Galliam evocatus, et in summam amicitiam receptus, Imperatorem an. 794. ad Synodum Francofordiensem comitatus est. Theologus, Philosophus, Rhetor et Grammaticus post Bedam eruditissimus, latine, graece et hebraice doctus, cui Academiae Parisiensis, Turonensis, Fuldensis, aliaeque plures originem et incrementa sua ex liberalitate Caroli M. in acceptis ferunt. Probabile est, libros etiam Caroli M. iussu et nomine de non adorandis imaginibus contra Constantini VII. Imp. CPolitani et Irenes matris decretum in synodo Francofordiensi editos, hunc Alcvinum habere auctorem, etsi inter eius opera non censeantur.

— Opera emendata, aucta et illustrata; cura Frobenii Abbatis ad S. Emmeramum. in fol. Ratisbonae 1777. Tom. III- edit. opt.

834. RABANUS cognomine MAURUS, gente Francus, Alcvini discipulus, primum Abbas Fuldensis, tandem Archiepiscopus Moguntinus; inter seculi sui viros claros facile doctissimus. In suorum usum bibliothecam Fuldensem primus condidit, librisque instructam reliquit, qui ab ingratis et seditiosis Monachis, quos in S. Scripturis et literis erudiebat, monasterio eiectus fuisse dicitur, quod

P.C.N.

libris legendis scribendisque nimis intentus, fundos coenobii segnius curaret.

—— de Laudibus S. Crucis. in fol. Phorcheim. 1503. rar. Accessit: Henrici Institoris Clypeus fidei romanae Ecclesiae contra Waldenses. in fol Olomucz. 1502. rar.

HINCMARUS, nobili loco natus, Archipraesul 845.
Remensis, vir summae inter Gallo-Francos auctoritatis, Theologus, Historicus et carminum scriptor. Ecclesiae canones et iura decretis Pontificum anteponens animose defendit, et scriptis suis eruditione et pietate refertis, Ecclesiae inprimis gallicanae historiam illustravit.

—— Opera ex edit. Sirmondi. in fol. Paris. 1643. edit. opt. et rar.

RATRAMNUS vel BERTRAMUS, natione for- 846.
te Gallus, Monachus Corbeiensis et Presbyter, tandem favente Rege Carolo Calvo, Orbacensis coenobii Praepositus. Vir pius, eruditus, et a doctissimis sui etiam seculi viris magni habitus. Unde libri: de Corpore et sanguine Domini, qui, teste etiam Io. Mabillonio, in vetustis Codicibus MSS. nomen Retramni praefert, quod transubstantiationis doctrinae minus faveret, auctorem esse Ratramnum inficiatus est Pagius in critica Baronii. Fides tamen illi, adversus omnes obiectiones adstruitur in dissertatione erudita editioni anglicanae 1686. et Amstelod. gallicae 1717. praemissa.

—— de Corpore et Sanguine Domini liber; cum vers. gallica, et Aelfrici Homilia paschali, duabusque

P. C. N.

dissertationib. ex anglic. in gall. conversis. in 8vo. Amst. 1717. rar.

——— inter Monumenta S. Patrum Orthodoxographa. in fol.

—— de partu Virginis, in Dacherii Spicileg. Tomo I. pag. 52.

—— contra Graecorum errores. ibid. Tomo I. pag. 63.

867. ANASTASIUS Ecclesiae romanae Presbyter, Bibliothecarius; variam sub quatuor Pontificibus expertus est fortunam, si modo idem sit, qui et Cardinalis. Vir supra seculi sui sortem graece et latine doctus. Constantinopoli etiam diu versatus, in rebus agendis promtus et subdolus. Plura ex graecis Scriptoribus in latinum vertit.

—— Opera, ex edit. Blanchini. in fol. Romae. 1735.

—— Historia ecclesiastica in fol. in Corpore Hist. Byzant. Tomo XIX.

——— de vitis romanorum Pontificum a B. Petro Apostolo usque ad Nicolaum I. (ex edit. Io. Busaei S. I.) in 4to. Moguntiae. 1602.

1000. OECUMENIUS Episcopus Triccensis Thessaliae; aliquot divinorum N. T. librorum interpres haud contemnendus, de cuius aetate non convenit inter eruditos. Commentarios suos magnam partem ex Chrysostomo aliisque veterum Patrum scriptis hausit.

—— Expositiones in quosdam Novi Testamenti libros, cura Fed. Morelli gr. et lat. in fol. Paris. 1630.

1044. BERENGARIUS Turonensis Archidiaconus Andegavensis, doctrinae transubstantiationis ex sententia Bertrami et Ioannis Erigenae Scoti

P.C.N.

oppugnator; Lanfrancum acerrimum nactus est adversarium. Disputationes eius MS. cum Lanfranco, de praesentia Christi in coena Domini asservantur in bibliotheca collegii Aeneonasi apud Oxonienses. Vir pius, liberalium artium et dialecticae peritus fuit: cuius laudes Hildebertus Episcopus Cenomanensis, Berengarii discipulus, eleganti epitaphio celebravit.

— Epistolae II. ad Ascelinum et Richardum, inter Lanfranci opera ex edit. Dacherii et in eiusd. Spicileg. Tom. III. pag. 400.

— Tres fidei formulae de Eucharistia in Mabillonii Analect. fol. pag. 513.

LANFRANCUS domo Papiensis Italus. Ab ineunte aetate litteris imbutus, relicta patria in Normanniam adolescens venit. Ex monacho Beccensi et Abbate monasterii Cadomensis in Normannia Archiepiscopus Cantuariensis; Theologus, Philosophus et Historicus. Cum Berengario inprimis de Corpore et Sanguine Domini in Eucharistia lites habuit. 1050.

— Opera omnia; ex edit. cum not. observationibus et appendice D. Luc. Dacherii, e Congr. S. Mauri. in fol. Venetiis. 1745.

THEOPHYLACTUS, patria CPolitanus, Achridis Archiepiscopus, Bulgariaeque totius Metropolita. S. Scripturae interpres haudquaquam contemnendus; Chrysostomi sectator et abbreviator, solus fere hoc seculo theologi nomine celebris. 1071.

— Opera omnia; gr. et lat. c. var. lect. et dissertatione de ipsius gestis, scriptis et doctrina. in fol. mai. Venetiis. 1754. Tom. IV. ed. opt.

—— Institutio regia; gr. et lat. in 4to. Paris. e typ. regia. 1651. rar. et inter Scriptores Byzantinos. in fol. Venet. 1729.

1097. HILDEBERTUS, ortu Lavardinensis, Monachus Cluniacensis, postea Episcopus Cenomanensis, et Archipraesul Turonensis, Berengarii discipulus, quo praeceptore siquid leporis, salis et facundiae sit assecutus, se accepisse gloriatur; Theologus, Orator et versificator, S. Bernardo etiam familiaris.

—— Opera omnia. Accesserunt: MARBODI, Redonensis Episcopi, Opuscula, cura D. Ant. Beaugendre e Congr. S. Mauri. in fol. Paris. 1708. edit. opt.

1115. S. BERNARDUS, ortu nobilis, domo Burgundus, primus coenobii Claraevallensis Abbas; clarior postea legationibus pro Innocentio II. Pontifice susceptis; Theologus, Homileta, Epistolographus et Historicus. Templariorum ordinem confirmandum curavit, et Romae moras trahens, Victorem IV. Antipapam rationibus induxit, ut exutis vestibus pontificalibus Innocentio reconciliaretur. Vir singulari pietate insignis, litterisqne non leviter tinctus, inprimis in corruptos Christianorum et Sacerdotum mores acriter invectus est, labefactamque Ecclesiae disciplinam reformari serio suasit. Auctor etiam fuit cruciatae in terram sanctam expeditionis.

—— Opera omnia, denuo recognita, aucta et in meliorem ordinem digesta, novis praefationib. observationib. ac notis illustrata; tertiis curis Io. Mabillonii e Congr. S. Mauri. in fol. Parisiis. 1719. Tom. II.

P.C.N.

ALGERUS Leodiensis Diaconus et Scholasticus; postremum in coenobio Cluniacensi institutum monasticum amplexus est. 1130.

—— de veritate corporis et sanguinis dominici in Eucharistia; ex recognitione et c. praefat. D. Erasmi in 8vo. Antverp. 1536. cum aliis de eodem argumento scriptis.

NICEPHORUS CALLISTUS, Callisti Xanthopuli filius, historiae ecclesiasticae scriptor, parum tutae fidei, ob dictionis tamen virtutem Thucydides ecclesiasticus passim nominatus. Monachus fuisse videtur in asceterio S. Sophiae, ubi studiis diligenter incubuit. Ex Eusebio, Sozomeno aliisque Hist. Eccl. scriptoribus historiam suam eccl. consarcinavit, fabulis quamplurimis intertextis. Unicum historiae huius, quod supererat, exemplar, in expugnatione urbis Budensis ex Bibliotheca Matthiae Corvini Regis Hungariae surreptum, et Constantinopoli a Turco milite redemtum, post multas vicissitudines tandem in Bibliothecam palatinam Vindobonensem devenit, ubi nunc asservatur. 1320.

—— Historia ecclesiastica, a Frontone Ducaeo, gr. et lat. in fol. Paris. 1630. Tom. II. edit. opt.

———— a Io. Langio in lat. translata, et c. scholiis edita. Access: A. CASSIODORI Historia eccl. tripartita in fol. Francof. 1588.



CLASSIS V.

COLLECTIONES et APPARATUS AD BIBLIOTHECAM SCRIPT. ECCL. VET.

MONUMENTA S. Patrum Orthodoxographa, gr. et lat. in fol. Basileae. 1555.

— per Iac. Grynaeum aucta, et alio ordine disposita. in fol. Basil. 1569. Tom. III.

BIBLIOTHECA Patrum Apostolicorum; gr. et lat. c. dissertat. de patribus Apostolicis et supplemento Operum Clementis Alexandrini, fasciculo item observationum ad Hist. eccl. et Patrologiam spectantium, auctore Thoma Ittigio. in 8vo. Lipsiae. 1699. Tom. II.

PATRUM APOSTOLICORUM: Barnabae, Clementis, Hermae, Ignatii, Polycarpi Opera vera et supposititia; una cum Clementis, Ignatii, Polycarpi actis et martyriis; ex versione I. B. Coteleri, gr. et lat. c. n. v. et Io. Clerici. in fol. Amstel. 1724. Tom. II. edit. opt.

— Opera genuina; gr. et lat. ex edit. Rich. Russelii. in 8vo. Londini. 1746. Tom. IV.

SPICILEGIUM SS. Patrum Sec. I. II. et III. c. not. Io. Ern. Grabii. in 8vo. Oxon. e theatr. Sheld. 1714. Tom. II. uno Vol. rar.

MAXIMA BIBLIOTHECA veterum Patrum et antiquorum Scriptorum ecclesiasticorum. in fol. Lugduni apud Anissonios. 1677. Tom. XXVII. in qua continentur:

Bernardus Prior.
Berno Abbas.
Bassarion Cardin.
S. Bonifacius.
S. Bruno Astensis Episc.
Bruno Herbipolensis Ep.
S. Caelestinus Papa V.
S. Caesarius Episcop.
Caesarius, Gregorii Naz. frater.
B. Calixtus Papa II.
Capreolus Ep. Carthag.
Cassiodorus Senator.
Cerealis Episc.
Christianus Druthmarus.
Chromatius.
Chronicon Alexandrinum.
Chrysippus Hierosolymitanus.
Claudianus Mamertus.
Claudius Episc. Taurinens.
Claudius Marius.
S. Clemens Episc.
Clemens Presbyter.
Coelius Sedulius.
S. Columbanus.
Commodianus.
Constantinus Harmenopul.
Cosmas Hierosol.
Cresconius s. Cristonius.
Cumeanus.
S. Cyrillus.
S. Damasus.
Daniel Raithenus.
David de Augusta.
Demetrius Cydonius.
Demetrius Cyzicenus.
Deodvinus Leodicensis.
Desiderius Episc.
Diadochus Episc. Photices.
Didymus Alexandr.
Dionysius Alexandrinus.
S. Dionysius Areopagita.
Dorotheus Archimandrita.
S. Dorotheus Presbyter.
Dracontius Presb.
Drepanius Florus.
Drogo Episc. Hostiensis.
Dungalus.
Durandus Troarnensis
Ebrardus S. Eberhardus.
Ecbertus Monachus.
S. Edmundus.
S. Eleutherius.
Elias Presb.
S. Eligius.
Engelbertus Admontens. Abb.
Engelmodus.
Ennodius Ep. Ticinens.
Ermengardus.
Esaias Abbas.
Etherius Uxamens. Ep.
Evagrius Monachus.
Evagrius Scholasticus.
Evantius Abbas.
S. Eucherius.

S. Hilarius.
Hildebertus Arch. Tur.
S. Hildegardis.
S. Hildephonsus.
Hiperechius presb.
Hippolytus Metropolit.
Hippolytus Thebanus.
Honorius Presbyter.
Honorius Papa I.
Hugo Lingonens. Ep.
Hugo Eterianus.
Hugo Archiep. Rothom.
Humbertus Cardinalis.
Humbertus Prior.
S. Iacobus.
Iacobus Caietanus.
Iacobus Monachus.
Idacius Clarus.
Idacius Aquiflau.
Iesse.
S. Ignatius.
Ioan. Ant. Campanus.
Ioannes Archiep. Nicaenus.
Ioannes Archiep. Thessalonic.
Ioannes Calecas.
Ioannes Episcop. Carpathius.
Ioannes Monachus.
Ioannes Cassianus.
S. Ioannes Climacus.
Ioannes Abbas Raithuensis.
Ioannes Geometra.
Ioannes Episc. Hieros.
Ioannes Maxentius.
Ioannes Papa IV.
Ioannes Sapiens.
Ioannes Sarisberiensis.
Ioannes Xiphilinus.
Ioannes Zonaras.
Ionas Aurelianensis
Iornandes.
Iosephus Thess. archiep.
S. Irenaeus.
Isaacus Exiudaeus.
Isaac Catholicus.
Isaac Syrus Monachus.
Isychius v. Hesychius. Ep. Hieros.
S. Isidorus Pelusiota.
Iulianus Toletanus Ep.
Iulius Firmicus Maternus.
Iunilius.
S. Iustinus Martyr.
Iustus Abbas.
Iustus Orgelitanus.
Iuvencus presb. Hisp.
Incerti Authoris Antitheses.
Incerti Authoris Encomium.
Incerti Author. cuiusd. Collectanea et alii incerti Authores 7.
Lactantius Firmianus.
Lanfrancus.
S. Laurentius.
Leidradus.
S. Leander.
S. Leo Magnus.

Rusticus Diaconus.
Salomon Ep. Constantinop.
Salonius.
Salvianus Ep. Massil.
B. Samonas.
Sedatus.
Scholast. cuiusd. Dialog.
SerapionThmuitanusEp.
Servatus Lupus.
Severianus Gabalor. Ep.
Severinus.
Severus Patriarcha.
Severus Rhetor.
Severus Sulpicius.
Sibyllarum Oracula.
Sidonius Apollinaris.
Siud s. Sulaka.
SimeonIuniorTheologus.
Simeon Archiep. Thess.
Simeon Senior.
Sixtus secundusPontifex.
Sixtus tertius Pontifex.
Smaragdus Abbas.
Socrates Scholasticus.
Sophronius Episc.
Sophronius Presbyter.
Stephanus de Chalmeto.
Stephanus Episc. Augustodun.
Stephanus Templier.
Stephanus Episc. Torn.
Synesius Cyrenaeus.
Tatianus Syrus.
Testament. 12Patriarch.
Tetradius.
Thalassius Monachus.
Theodorus Abucara.
Theodorus Edessenus.
Theodorus Lector.
Theodorus Papa I.
Theodorus Presbyter.
Theodorus Abbas.
Theodosius et Theodorus.
Theodotus Ancyran. Ep.
Theodulphus Abb. Flor.
Theodulus Coelesyriae Ep.
Theofridus.
Theoleptus Philadelphiensis.
Theophilus Alexandrinus.
Theophilus Patriarch.IV.
Theophylactus Archiep. Bulg.
Theophylactus quidam.
Theorianus Orthodoxus.
Tichonius.
Timotheus Episc. Alex.
Timotheus Presbyter.
Titus Bostrensis.
Turcius Rufus.
Valerianus Ep. Cemeles.
Venantius Fortunatus.
Vdalricus.
Victor Antiochenus.
Victor Episc. Capuanus.
Victorinus. Episc.
Victor Papa III.
Victor Vitensis s.Uticens.

Victorinus Afer.
Vincentius Lirinensis.
Vigilius Thapsensis.
Urbanus III. Papa.
Walafridus Strabo.
Waldramus s.Baltramus.
S. Zeno Veronensis.
Zacharias Episc. Chrysopol.
Zacharias Episc. Mityl.
ZachariasPatriarch. Constantinop.

INDEX in Bibliothecam Maximam S. Patrum, cura Sim. a Cruce et Tamburini. in fol. Lugduni. 1707.

NOURRY, Apparatus ad Bibliothecam Maximam Veterum Patrum et Scriptor. eccles. Seculi I. in 8vo. Paris 1694. rar.

——— ad Bibliothecam Maximam S. Patrum, usque ad exitum Seculi IV. auctus et continuatus. in fol. Paris. 1703. et 1715. Tom II. rar.

COLLECTIO NOVA Patrum et Scriptorum Graecorum; Studio et opera B. Montfaucon e Congr. S. Mauri. in fol. Paris. 1707. Tom. II. Continet:

EUSEBII PAMPHILI Commentar. in Psalmos.
——— in Esaiam.

S. ATHANASII Alex. Archiep. opusc. inedita.
COSMAE INDICOPLEUSTAE Topographiam christianam.

BALUZII (Steph.) Miscellaneorum ex veterum monumentis ineditis libb. VII. in 8vo. Parisiis. 1678. Tom. VII. rar.

TOLLII (Iac.) Insignia Itinerarii italici. in 4to. Traiecti ad Rh. 1696.

MONTFAUCON (Bernard.) Monach. Ord. Bened. Congr. S. Mauri Diarium Italicum, c. fig. in 4to. Paris. 1702.

CANISII (Henr.) Thesaurus monumentorum eccl. et histor. variis opusculis auctus; c. praefat. notis et animadversionib. criticis Iac. Basnagii. in fol. Antverp. ap. Wetstenios. 1725. Tom. IV.

D'ACHERII Spicilegium veter. Scriptorum, c. var. lect. St. Baluzii et Edm. Martene, ex edit. Lud. Fr. de la Barre, in fol. Parisiis. 1723. Tom. III.

MABILLONII Vetera Analecta c. itinere germanico aliisque Opusculis. in fol. Paris. 1723.

—— et GERMAIN (Mich.) Monachor. Ord. Bened. Congr. S. Mauri, Museum Italicum, seu Collectio veter. Scriptor. ex Bibliothecis Italicis, c. fig. in 4to. Lutet. Paris. 1724. Tom. II. uno Vol.

MURATORII (Lud. Ant.) Anecdota Graeca ex Cod. MSS. eruta, latinitate donata et notis illustrata. in 4to. Patavii. 1709.

MARTENE (Edm.) et Ursini Durandi Thesaurus Novus Anecdotorum. in fol. Paris. 1717. Tom. V.

—— Veterum Scriptorum et monumentorum historicorum Collectio in fol. Paris. 1724. Tom. IX.

—— Itineraires des deux Benedictins. in 4to. a Paris. 1717. 1724. Tom. II.

PEZII (Bern.) Thesaurus Anecdotorum novissimus, ex germanicis potissimum Bibliothecis collectus, in fol. Aug. Vind. 1721. Tom. IV. Vol. XII.

VETERUM PATRUM Analecta nova. in fol. Venetiis. 1781.

UIFALVI (Emer) Tractatus de Patrum, Conciliorum et Traditionum auctoritate. in 8vo. Francof. 1611.

DALLAEI (Io.) de vero usu Patrum, in 4to. Genev. 1656.

—— de Scriptis, quae sub Dionysii Areopagitae et Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur libb. II. in 4to. Genev. 1666.

—— de Pseudepigraphis apostolicis. in 8vo. Hardervici. 1653.

ITTIGII (Thom.) de Pseudepigraphis Christi, Mariae Virginis et Apostolorum, inter VII. eiusd. dissertationes. in 4to. Lipsiae. 1696.

FABRICII (Io. Alb.) Codex Apocryphus Novi Testamenti, testimoniis et animadversionib. illustratus, in 8vo. Hamburgi. 1719. Tom. III. duob. Vol.

—— Codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti, testimoniis et animadversionib. illustratus in 8vo. Hamburgi. 1722. Tom. II.

SUICERI (Io. Casp.) Thesaurus Ecclesiasticus e patribus graecis ordine alphabetico exhibens phrases, ritus, dogmata, haereses, etc. in fol. Amstelaed. 1728. Tom. II. edit. opt.

THOMASII (Chr.) Cautelae circa historiam ecclesiasticam (c. eiusd. Cautel. circa praecognita iurisprud. eccles.) in 4to. Halae. 1723.

BIRRII (Ant.) Animadvers. in Clement. Epist. in 8vo. Basil. 1744. rar.

THESAURUS Rei patristicae, continens dissertationes praestantiores ex Nic. Nourrii Apparatu, Gallandii nova Bibl. Patr. aliisque celebrioribus edit. depromtas, c. not. Placid. Sprenger Mon. Bened. in 4to. Wirceburgi. 1784-1792 Tom. III.

FABRICII (Io. Alb.) Bibliotheca Ecclesiastica. in fol. Hamburgi. 1718. in qua continentur: Auctores de Scriptoribus eccl. c. not. var.

S. Hieronymus.
Gennadius Massiliensis.
Isidorus Hispalensis.
Ildefonsus Toletanus.
Honorius Augustodunensis.
Sigebertus Gemblacensis.
Henricus Gandavensis.
Anonymus Mellicensis.
Petrus Casinensis.
Io. Trithemius.
Aub. Miraeus.

DUPIN (El.) Nova Bibliotheca auctor. ecclesiasticor. in 4to. Parisiis. 1692. Tom. III.

—— Nouvelle Bibliotheque des auteurs ecclesiastiques in 4to. à Paris, Mons et Amsterd. 1690-1715. Tom. XIX. Vol. VIII.

OUDINI (Casimir) Comment. de Scriptor. Ecclesiae antiq. in fol. Lipsiae. 1722. Tom. III.

CAVE (Guilel) Historia litteraria Scriptor. ecclesiasticor. ad an. usque 1517. continuata, in fol. Basil. 1741. Tom. II.

SANDII (Chr.) Tractatus de veterib. Scriptor. Eccl. (cum eiusd. Nucleo Hist. Eccl.) in 4to. Coloniae (Amstel.) 1676.

SAGITTARII (Casp.) Notitia Scriptor. Eccl. (cum eiusd. introduct. in Hist. ecclesiastic.) in 4to. Ienae. 1718. Tom. II.

SUPPLEMENTUM

BIBLIOTHECAE AUCTOR. VETER. GR. et LAT.

Pag. 5. HOMERUS.

——— Iliadis liber XXII. s. Hectoris interitus, c. Scholiis Porphyrii et alior. nunc primum editis, cura Lud. Casp. Valckenaer; graece in 8vo. Leovardiae. 1747. cum Virgilio collatione gr. Scriptor. illustrato.

pag. 17. AESCHINES.

——— Axiochus, sive de Morte dialogus; graece, c. versione latina, notisque uberioribus Hier. Wolffii, et Io. Fried. Fischeri. in 8vo. Lipsiae. 1758.

pag. 55. LUCIANUS.

——— Sämmtliche Werke, a. d. Gr. übersetzt, mit Anmerkungen und Erläuterungen versehen, von C. M. Wieland. in 8vo. Leipzig. 1788. Tom. VI. ch. scriptor.

pag. 75. STEPHANUS.

——— Notae et Castigationes Luc. Holstenii in Stephanum de Urbibus. Acced. Scymni fragmenta, gr. et lat. Vetus pictura Nymphaei c. comm. It. Dissert. III. etc. ex recens. Theod. Ryckii. fol. Lugd. Bat. 1692.

pag. 76. TRYPHIODORUS

——— de Ilii excidio; gr. c. duplici interpretatione et notis Nicod. Frischlini. in 4to. Francof. 1588. rar.

pag. 100. CICERO

——— de Officiis; notis illustravit et emendavit Zach. Pearce. in 8vo. mai. Londini. 1745. ed. splend.

——— Tusculanes traduites par Bouhier et d'Olivet avec des remarques 8vo. à Paris. 1737. Tom. III.

——— Entretiens sur la Nature de Dieux, avec des remarques, par Bouhier et d'Olivet. 8vo. à Par. 1732.

——— Catilinaires traduites par Mr. d'Olivet 8vo. à Paris. 1744. cum Philippicis Demosth.

——— Traité des Loix, traduit par Mr. Morabin avec des remarques 8vo. à Paris. 1719.

——— les Offices trad. par Mr. du Bois, avec des remarques 8vo. à Paris. 1729.

——— de la Vieillesse et de l'Amitié avec des Paradoxes, trad. par du Bois. 8vo. à Paris. 1725.

——— Entretiens sur les vrais biens et les vrais maux, trad. par l'Abbé Regnier des Marais. 8vo. à Par. 1721.

pag. 105. VIRGILIUS

——— ex edit. et recens. Nic. Heinsii. in 8vo. Amstel. ap. Elzevir. 1676. rar.

pag. 175. POËTAE GRAECI MINORES

——— gr. et lat. c. vocum difficiliorum explicatione grammatica et fig. in usum scholarum. in 8vo. Londini. 1739. continentur:

Hesiodus, Musaeus,
Theocritus, Theognis,
Moschus, Phocylides et
Bion Smyrn. Pythagoras.

pag. 225. GEOGRAPHI VETERES:

——— Pomponius Mela, Iulius Solinus, Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequester, P. Victor de regionibus urbis Romae, et Dionysius Afer de situ Orbis Prisciano interprete. in 8vo. Venetiis ap. Aldum. 1518. ed. rar.



INDEX.

A.

I N D E X.

E.

X

G.

H.

I.

O.

P.

T.

U.

V. W.

Corrigenda.

Pag. 9 linea 18 loco 350 lege 530.
— 15 —— 1 loco Traegoedia lege Tragoedia.
— 24 —— 8 loco curruptos lege corruptos.
— — —— 15 loco Eschines lege Aeschines.
— 25 ad Lycurgum adscribatur annus 344.
— 31 linea 17 loco 1791 lege 1792.
— 45 —— 6 Hadriano et Aug. lege Hadriano Aug.
— — —— 13 loco 1685 lege 1683.
— — —— 21 loco Democrit lege Democrat.
— — —— 11. p. 47. lin. 18. p. 48. lin. 28. et p. 66. lin. 1. Apophtegm. lege Apophthegm.
— 48 linea 30 loco 1685 lege 1683.
— 57 —— ad Philostratos adscribatur annus 200.
— 67 linea ultima, oppresus lege oppressus.
— 76 ad Coluthum adscrib. annus 518.
— 121 linea 21 loco Thysiis lege Thysii.
— 174 —— 25 loco Londini 1739 leg. Cantabrigiae 1684.
— 191 —— 7 loco phenomenon lege phaenomenon.
— 196 —— ult. loco Nemesianiani lege Nemesiani.
— 210 —— 17 loco Specibus lege Speciebus.
— 218 —— 15 loco Tom. XI. lege Tom. V.
— 253 —— 19 et p. 262. l. 31. Originem leg. Origenem.
— 266 —— 30 loco Thodori lege Theodori.
— 285 —— 25 loco Georg. lege Gregor.

